




# Institutionum grammaticarum de lingua hebraea liber unus

<https://hdl.handle.net/1874/456642>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnde
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


BRANDER TAN  
COTTON TRADING CO.  
ENKOSI LTD.  
NOLLY'S LTD.


V oct.  
33

U.B.U.




*Hebreorum Epistola*





Litteræ Orientales

Octavo n°. 33.







INSTITV  
TIONVM GRAMMA  
TICARVM DE LINGVA  
Hebræa liber unus, Theodo  
ro Bibliandro authore.

Nolo LECTOR mihi cito, Grammaticen hanc uel somniorum, iurabis, hunc authorem illustrans Hebra esse natum, qui tanta luce de hac re scripsit posthac de obscuritate huius linguae conomerito. Facilima dices præcepta quæ habantur difficilima, experire modo, eme, &

TIGVRI IN OFFICINA  
SCHOVIANA MENSE MAR  
TIO, AN. M. D. XXXV.

BRUNSWICK 101-18707  
1970-5-4 JUN 1970  
BY R. C. HARRIS

# THEODORVS BIBLI-

ANDER OSVALDO MYCONIO

præceptoris suo colendiſſimo Salutem.



Vus in me animus præceptor & officiatum multatum magna gratificatiōnem postulant ex me amplissimam. Eam exhibere, ut est meis facultatibus negatum, ita gaudeo mihi occasionem datam, quia te plurimum demerear, idq; magis estimatione tua, quam officiorum meorum modulo. Quoniam igitur tantopere probas institutiones nostras Hebraicas, ut putes tibi alijsq; studiosis non parum utiles, præsertim propter ordinem atq; rationem præcipiendi Græcis & Latinis hominibus notam, proindeq; publicandas per typographi operam, obsequor sanè tibi Myconi colendissime, & quidē sub tuo nomine in lucem ædo, ut animi mei gratitudinem tibi faciam uel hoc pacto testam, tuumq; studium atq; fauorem in Hebraicarum literarum candidatos, qui cum alijs uiris bonis & doctis non semel ad æditionem hortatus es. Quod si iudicium consiliumq; tuum tam feliciter hic ceciderit, quam tua fidelis institutio & præceptio mihi rite obsequenti semper fuit salutaris, nihil erit utriq; formandum, ino et gratiā non mediocre ab omnibus bonis expectare debemus. Sin alite sinistra libellus exie

rit, uide ut paratus sis ad patrocinium. Nam mihi qui  
dem seculo licebit esse ob temeritatis et inscitiae re=   
prehensionem, qui longe maiores rationes gratitudi=   
nis atq; obseruantiae ergate, beneq; merendi de stu=   
diosis in publicando sequutus sum. Vale felicissime.  
Tiguri V. Cal. Mart.

# QVO CONSILIO SIT

HOC OPVS INSTITVTVM, ET

qui modus descendit Hebraicas literas  
optimus uideatur.



N T E R omnes  
linguas qbus men-  
tiū sensa mutuum  
dantur & accipiun-  
tur, Hebraica pro-  
culdubio primatum obtinet tum  
origine atq; instituto, tum usu ui-  
tæ, tum pulcherrimis dei ac præstā-  
tissimorū hominum eulogij. Sūt  
tamen qui audent huic utilissimæ  
iuxta & sacratissimæ literaturæ de-  
trahere homines sanē uel ~~deosuytis~~.  
(Sic em̄ D. Paulus hoc genus im-  
piorū uocat, quod excellētia opti-  
mi dei munera pro exosis habet,  
ac Theronino dente arrodit) uel

RATIO DISCENDI

Hebraicarum literarum nihil peri-  
ti, cæterū de ignotis temere iudicā-  
tes. Quorum alteros monere, alte-  
ros ceu aues infaustas uerborū fla-  
gello abigere meus animus ferret,  
ac facultas in locuplete materia nō  
deesset, ipsorumq; adeo mores ita  
mererētur. Verum quia nobis in  
præsentī opere propositum est ar-  
tis grammaticæ tradere præcepta,  
conuenitq; breuem esse, quicquid  
tādem præcipiatur, istos quidem  
ineptos oblocutores missos nunc  
faciam, & in animum inducā, rem  
nobis esse cū sapientibus, qui alie-  
ni ab omni affectu prauo negotiū  
ex sua natura perpendant, statu-  
antq; cum Themistocle, in primis  
referre, si quid grauioris rei sit cū  
quibuslibet agendum, ut linguae  
ipsorum

ipsorum nobis usum & facultatem  
paremus potius, quod ut aliena insci-  
tia aut negligentia, aut fide seu per-  
fidia in discrimen ueniamus. The-  
mistocles enim quum fortuna ipsius  
eò redacta esset, ut nonnulla postu-  
laret à rege Persarum, integro an-  
no abstinuit à cōgressu potentissi-  
mi tunc temporis monarchæ, ac in  
Persis degens linguam gentis per-  
didicit, quo posset absq; interpre-  
tis opera suam causam agere. Intel-  
ligebat enim vir prudentissimus,  
nō temere inueniri, cui se tuto cre-  
deret, qui parem animum & inge-  
nium rei cōficiendæ posset accom-  
modare, qui tanta fide diligētiaq;  
negotiū proponeret, quanta ipse,  
cuius res agebatur, sibi utendum  
cernebat. Præterea si quidē inter-

RATIO DISCENDI

pretis dexteritas obueniret, hunc tamen esse genium prouidebat cu ius suis idiomatis, ut in aliud transiens haud queat per omnia suam proprietatem & uires, in dolemq natiuā retinere. Quod igitur Græ cus ille cum rege terrestri de rebus temporarijs ac friuolis acturus intellexit sibi faciendum, ut Persicæ linguae peritiam sibi compararet: idipsum cælestis sapientiæ cupidi, adq ambitum æternæ uitæ candi dati non recusabunt, ut idiomati Hebræo non segnem operam na uent, quo leges diuinæ & hæc pie tatis ueræ disciplina, quam Theo logiā uocamus, sincerissime per tractātur. Quem uero erga res di uinas recte affectū, quales conuenit omnes esse, qui regi Christo no mina

mina dederūt: quem inquā pīgeat  
Israēliticā linguā discere, in qua pe-  
culiariter mundi huius conditor,  
& cōseruator arcanum suæ uolun-  
tatis mortalibus adperire digna-  
tus est, in qua tremendæ maiesta-  
tis legati mandata exposuerunt de-  
rebus arduis, de cultu numinis su-  
perni, de fauore illius comparan-  
do, & offensis declinādis, ac omni-  
no de his, in q̄bus uitæ beatæ sum-  
ma continetur? Profecto quiduis  
laborum & sumptuum alacres to-  
lerabūt, nec annum tantū ut The-  
mistoctles, sed bonā uitæ suæ par-  
tē, si opus sit, haud grauatim huic  
literaturæ impendent. Cæterum  
quū illius sacrosanctæ linguæ stu-  
dium florentibus rebus Christia-  
ni regni fuerit frequentatum usq;

RATIO DISCENDI

ad diui Hieronymi tempora, inde  
rebus in peius prolabentibus, in-  
ter Christianos celebrari fermè de-  
situm est, & ad Iudæos reiectum  
usq; ad superiores annos, quādo  
uiri quidam gloria immortali di-  
gnissimi Hebraicam literaturam  
non antiquatā, sed planè demor-  
tuam, sed inter Iudæos partim se-  
pultam uelut Mercurij psychago-  
gi reduxerunt, non ab inferis, sed  
ē cælestibus sedibus. Nā corpus  
dntaxat dormitatis literæ Iudæo-  
rum claustris tenebrosis diligēter  
afferuatum est, & custodijs muni-  
tum contra Christianos, ut olim  
saluatorē seris atq; repagulis fru-  
stra coērcere conati sunt, quem ad  
uersissimum habebat suis studijs.  
Spiritus uero & energia Idumææ  
dialecti

dialecti apud superos uersata sūt,  
non nisi spectro inter homines,  
eosq; paucos ex Christianis obam  
bulante, donec Reuchlinus sanctę  
memoriæ & aliij uiri præstabiles  
eiusdem propositi, animum litera  
turæ sanctæ cælesti palatio dedu  
ctum cadaueri copularunt, Iudai  
cæq; gentis repagula tollentes, in  
lucem nobis uenerandam matro  
nam constituerunt, non minus di  
gnam castis amoribus, q; Græcu  
las istas & Latiales puellas. Quā  
sanè sibi ereptam esse Apellæ ze  
lotypi cernentes uehementer indi  
gnantur, licet quidam callide dissi  
mulent, nec leuius perculsi uiden  
tur, quām olim ob amissum salua  
torem, quem sciebat indicem atq;  
oppugnatorem superstitionis sue

RATIO DESCENDI

& simulariæ sanctitatis. Quam in dignis uero modis interim à lude-  
is tractata sit præstantissima litera-  
tura, horret animus cogitādo. Ni-  
si enim lōgissime fallor, quicquid illud reliquū literaturæ fuit apud excaecatum populum & à patre lu-  
minum repudiatiū sic coluerūt, ut haud melius de lingua sancta me-  
riti sint, quam isti male feriati ho-  
mīnes de Romano eloquio, pari  
audacia & inscītia corrumpentes illud atq; spurce contaminantes.  
Artem uero grammaticam ita tra-  
diderunt (Kimhios & Heliam Le-  
uitā excipio) ut ab hominibus lite-  
raturæ huius peritis iudicioq; pol-  
lentibus non ualde probentur.  
Quanquam & hi Iudæorum, qui  
palmam tulerūt in hoc genere scri-  
bendi

bendi rudibus adhuc, & Latinæ  
linguæ assuetis non multum con-  
ducūt: siquidem methodos illa do-  
cendi, quam dialectica præscribit,  
non satis illis perspecta fuit, ratio-  
nemq; loquēdi sequuntur in mul-  
tis à nostra cōsuetudine abhorren-  
tem. Quorum utruncq; tenebras  
atq; magnam difficultatem inge-  
rit ignotis alioqui disciplinis, &  
omnem illustrandi modum expe-  
tētibus. Eam ob rem antistites qui  
dam literarum ex nostratisbus suc-  
currendum & consulendū rati stu-  
dijs sacrosanctæ linguæ, quod be-  
ne dictū apud Iudæos repererunt,  
aut ipsi diligentí lectione obserua-  
runt, de arte grammatica posteris  
benigne trādiderunt. De quibus  
in presentia iudiciū arbitriumq; fa-

## RATIO DESCENDI

cere, aut uelut de reis pro tribunali sententiam ferre non habeo nesciū. Hoc autem lubens agnoscō & clara uoce testor, hos uiros, qui uel primariam bonarum literarum partem adiuuerunt & exco luerunt, ab omnibus studiosis merito reportare laudem ex eruditione, atqe gratiam ingentem ex proposito cōmodandi ac immortalis beneficij collatione. His profecto meliora me posse tradere eadē de re, si pollicear, aut confidam, arrogans iure optimo existimer. Fuere tamē harum literarum peritissimi quidam, & alioquin multifariam eruditū, obque insignia beneficia in me obseruandi mihi, qui existimarent in rem fore studiosorum saltē mei similiū, hoc est, crassulorum,

rum, si obseruationes grāmaticas  
olim à me ingenij agitandi gratia  
conscriptas in lucem æderem. Sic  
enīm sibi uideri opus iam elabora-  
tum, ut maturum sit, nec indignū,  
quod præcisā mora prodeat in u-  
sum theologicis disciplinis conse-  
catorū. Nam fermē nihil necessa-  
riarum aut utiliū rerum à me præ-  
teritum esse; quę uero tradenda iu-  
dicasse, ordine scito esse dige-  
sta, et modo nostris hominibus fa-  
miliari atq; domestico descripta.  
Gaudeo sanè mihi fidei atq; dili-  
gentiæ testimonium ab eis præbe-  
ri, licet ego scribēs illa minime co-  
gitarim ingenij me cōdere monu-  
mentum. Præterea ipsorum moni-  
tis obsecundans, uel potius iusto  
imperio audiēs, quum sintharum

## RATIO DISCENDI

rerum artifices, ut recta præcipere  
probabile sit, & authoritatis apud  
me eximiæ, ut refragari non pos-  
sim, dijs iuuātibus de sermone He-  
braico prodam cādide, quæ ex lu-  
dæorum & nostratiū artibus nec  
non uarijs commentarijs, quæcꝝ  
usu & quantulacuncꝝ obseruatio  
ne sancti eloquij hactenus affec-  
tus sum, sic negotium temperans,  
ut dissentiu ratio monebit, meaꝝ  
facultas & huius temporis condi-  
tio permittent. Interim illud ab or-  
dine omnium in literis uerè bonis  
uersantium cupio impetratum, qđ  
philosophiæ præses optat sibi con-  
tingere, ut bene dicta gratis ani-  
mis ex me accipientur, & pro deli-  
ctis aut omissis uenia concedat,  
animusꝝ meus potius confydere  
tur

tur quam euētus. Præterea cupio,  
ut qui paratam habēt bonam san-  
ctæ linguæ supellectilem, prouo-  
cati meo uel conatu uel successu,  
opem ferant, quantā possunt (nul-  
la enim diligētia in rebus optimis  
nimia est) Hebraicæ literaturæ, ci-  
tra quam consensu meliorum, au-  
thentica tum ueteris tum noui in-  
strumēti uolumina feliciter tracta-  
ri nō possunt. In hoc quidem ope-  
re à nobis tradentur grammaticæ  
præceptiones, quæ orthographiā,  
prosodiam, paragogen, & analo-  
gicam inclinationem uocū, & que  
syntaxin spectant. Quem tractatū  
rei grammaticæ duobus libris di-  
stinguere placuit iuxta discētium  
progressus. In quorū altero sum-  
mam perstrinxī literatoriæ artis

## RATIO DESCENDI

simplicissime complectens de literis & apicibus ac syllabis, quātum pertinet ad facultatē legendi consequendam, præterea discrimina literarum & uocum in quibus uer titur analogiæ cardo. Sunt em̄ eius modi generales canones & quasi fundamenta, ut ijs præteritis fru stra laboretur in sermone Hebraico: cæterum tam late patent, ut il lis à magistro bona fide perceptis industrius homo sine cortice, qđ dicitur, natare possit per flumē uitalis eloquij. Alter libellus ad eundem institutus ordinem cuncta suis uberiorisq; absoluet, parua q;q momenta consecans. Is erit tanq; domesticus magister, qui consulatur in quæstionibus subobscuris, quiq; responsum exhibeat, ubi deuen-

uentum est ad obicem & nodum,  
quem ille generales regulæ non sa-  
tis expediunt. Posthac uero si fau-  
tores et approbatores labori meo  
adesse cōspexero, & nemo nos an-  
teuerterit magis idoneus, id quod  
efflictum opto, & quidam uiri do-  
cti promiserunt, uita comite com-  
mētarios ædam de lingua sancta,  
in quibus singularum uocum pro-  
prietatem enucleatius altiusq; ad-  
periam, & locutiones ē complexu-  
uocum præter morem Latini aut  
Græci sermonis ortas, prouerbia  
quocq; passim p libros sacros spar-  
sa in suos locos redigam: insignio-  
res quoq; metaphoras & allego-  
rias ad suos fontes reducam. In qd  
opus etymologicon illa etiā scru-  
pulosiora & anomala ex analogię

b ñ

RATIO DESCENDI

partibus trajectam, putà si qua ratiō inclinatio & casus uocū, quas heteroclitas appellat, si qua cōpositio minus perspicua, si qua constructio uerborum insolentior, si quod uerbum defectum suis membris & cōditionibus, uelut numeris, temporibus, formis, & similibus, aut illa præter cōmunem formem sibi uendicans, quæcū similia sunt, nō quidem leges communes sequentia, digna tamen scrutatione, sedulus annotabo.

Porrò quia dimidiū facti q̄ bene coepit habet iuxta incliti poëte sententiam, nunc ordinē & uiam indicabo ad Hebraica studia capessenda, quam si olim præuidisse, ut facto iam periculo cognitū est, multū laboris declinassem, et non

medio-

mediocris accessio eruditionis facta fuisset. Mihi quidem eluctandum fuit per hoc genus literarum propositū, quo dispendio quoque compendio & successu, impellentibus me atq; urgentibus, quibus repugnare non datum erat. Alios noui statim primō conatu repullos, quum in arduum aditū ducti, non superabilem difficultatē animo conciperent. Quidā ultra primas literas paulò minus progressi hæc studia reiecerūt ob præceptoris incōmoditatem, præsertim lūdæi, qui homines neq; modū neq; ordinem instituēdi sequuntur nostris ingenij congruentē. At qui rem apte aggredit̄, illū ausim affirmare intra semestre tempus plus eruditionis solidæ acquisitum,

RATIO DISCENDI

quam me aut alium per ambages circumactū aliquot annorum curriculo. Quando igitur tenus processisse nonnullis uideor, post me respiciēs inferioribus candide indicabo, quos cliuos & præcipitia misere superarim, quāq; ducat mollior quidā & planior trames. Tu itaq; uiator me sequens oculum intende, ego uiam faciliorem beneuolenti animo demōstrabo. Ante omnia refert huc animū adferre bene constitutū & sanis opinionibus informatum (qualem requirunt omnes discipline) qui pariter sit discēdæ rei auditus, pariter sub freno rationis moderatis gradibus incedēs. Admiratio nanc; & desyderium artis propositæ uires ingenij excitat; uoluptasq; adiuncta

iuncta, ut in philosophorum scho-  
lis iactatur, retinet occupatū in su-  
scepto negotio. Ardor discēdi na-  
scit, si modo dentur homines non  
stipites, per rerū speciem pulchrā  
ob oculos mentis productam, ut  
æstimata rei præstantia & usu, pre-  
cioque operæ abundantí, ad ipsam  
apprehendendam inflammemur.  
Incitatis autē animis adhibent mo-  
deramen sapientum uirorum, qui  
authoritatis pondus habeant, mo-  
nita, ut satis temporis nobis sumā-  
mus ad cognitionem solidam per-  
fectamque necessariarum rerum, ne  
nimium festinātes serius absoluā-  
mus: quodque Augustus dicere so-  
lebat, Sat cito, si sat bene. Atque hāc  
puto causam non postremam, cur  
uocali magistro præcipue utendū

## RATIO DISCENDI

sit, quum artes extēt luculenter & perspicuo sermone scriptae; nimirum ut moderate animum discen-  
tis dirigat, & pro captu cuiusq; in dies uel horas certum pensum di-  
metiatur, ne rudes atq; imperiti re-  
rum uel opiniōe uana decepti, uel  
nimiū præcipitantes in periculum  
ueniāt. Sic animo cōfirmato mox  
cognoscēdæ sunt literarum & uo-  
calium punc̄torū notæ, eorumq;  
distincta pronunciatio bona fide  
infigenda est animo per assiduum  
exercitium, adhibito etiam lectio-  
nis arbitro . Distincta inquā pro-  
nunciatio requiritur, ut elementa  
singula propriā uocem & sonum  
peculiarem obtineant. Nam uul-  
garis pronūciatiō, qua utuntur ho-  
die Iudæi & eorum imitatores in  
hoc

hoc Christiani, corruptissima est,  
ut synceram & quasi uernaculam  
sperare non ausim. De quo in po-  
steriori libro copiosius differam.  
Hic autē ut in operis ingressu ab  
omni contentione abstinenſ, que  
optima uidebuntur, tanquam fo-  
la tradam obſequenti Lectori, qui  
doceri debet non persuaderi. Spe-  
roq; me indicaturum ſi minus ue-  
ram & germanam pronunciatio-  
nem, certè multo emendatiorem,  
quām ſit uulgaris, & nativæ proxi-  
mam. Et hoc quidem ſatis eſſe pu-  
tarim etiam rigido ſonorū elemen-  
tarisq; disciplinæ exactori, ſi unū-  
quodq; elementū propriam & di-  
ſtinctam habeat uocem, quando  
noſtris tēporibus Latinæ linguae  
atq; Græcæ pronunciatio longi-

b v

## RATIO DISCENDI

sime degenerauit. Delibanda sunt etiam initio signa prosodiarū, quæ uox tono acuto, quæ graui sit enū cianda, quæ syllaba correpte quæ productim sit proferenda. Orthographiæ uero legibus incipientes non egent, in quas demum cōmitere possunt, qui libros scribunt. Parata iam facultate legēdi & pronunciādi Hebraica, qui labor erit unius & alterius diei, statim ediscēdæ sunt cōmunissimæ præceptiones de orationis partibus & analogiis uerborum transformatiōnibus, ut in priore nostro libello traditæ sunt. Nam hæc fundamen̄ta minimo labore percipi queunt, & uim grāmaticæ artis fermè comprehendunt, ad hæc usus eorū tantus est, ut si quis ambitiosa festina tione

tione prætereat, nihil feliciter sit  
uersaturus in studio Hebraicæ lin-  
guæ. His itaq; rebus instructus  
transibit ad sacra uolumina, & ea  
primum, in quibus sit facilius ora-  
tionis textum: quali deducuntur li-  
bri priores historiam gentis Iudai-  
cæ complectentes. Nam qui se ad  
Psalmos Dauídis, aut Proverbia  
Salomonis, aut prophetarum ser-  
mones primo conferunt destitu-  
ti præceptoris ducatu, næ illi pa-  
rum prospiciunt industriæ suæ.  
Hic si contingat præceptoris felici-  
tas, magna laboris parte studio-  
si leuabuntur: Sin fuerit negata,  
ex mutis utique magistris peten-  
dum erit præsidium, ex dictiona-  
rijs, ex grammaticorum traditio-  
nibus, atque ex translationibus

## RATIO DISCENDI

Latinis, Græcis & uernaculæ lingue, quibus adminiculis adiuti nostro Marte peritiam Israëlitici sermonis indagemus, diligenter collatione scripturarū facta. Id quod tutissimum erit, postquam Hebraica literatura diu est à nostris neglecta, & à Iudæis sic culta, ut merus Hebraismus in solis Biblijs remanserit. Is locus quum præcipua in se contineat momēta, copiosius tractandus uidetur. Primum uolo tyrones huius studij admonitos, ut in omnibus linguis ita in sermone Israëlitico, nō modo res per uerba, sed inuicem uerborū proprietatem per res, quæ tractantur exactius cognosci. Eaçque propter ex orationis circumstantia pensiculatim explorata, ex probatæ fidei commenta

mentarijs, ex historia certa, ex philosophiæ scrinijis uberior quedam facultas colligenda est ad uentilandas scriptorum sententias, ut ex rerum natura in planioribus locis animaduersa uerborū proprietas penitus introspectiatur, quæ uicissim in salebrosis atq; tenebricosis dictis ad sensum scripturæ nos certo itinere deducat. Cuius laboris & ille fructus est ingēsōꝝ precium operæ, ut per uariā scripturarum uersationem, altius infigantur animo res illæ maximæ & summope re utiles, propter quas tum hāc lingua discimus, tum in alijs disciplinis desudamus, nempe ut cursus uitæ nostræ iuxta mentem dei recte instituatur. Ad hæc persuasum esse conduit, istos à uero ab-

## RATIO DESCENDI

errare, qui putant spiritū dei agrestē quoddam & horridum genus dicendi elegisse, sed magis audieñdos Bedam, Cassiodorum, Augustinū, & alios, qui exemplis etiam plurimis demonstrāt, diuinos scriptores ab artibus dicendi nō abhorruisse. Qui uis etiā liquido urens esse perspiciet animum attēdens, oratores maiestatis omnipotentis secutos ordinem & humanis pectoribus diuinitus ingenerat rationem apte, scite, cōmode, utq̄ semel comprehendam, bene dicendi. Quas leges orandi q̄ præterit, fructu sermonis frustrāt, nec minus delinquit, quam negligens rationem colendi terras, medendi artem, gubernandi nauem, aut ad ministrandæ publicæ rei scientiā.

Tenens

Tenendum igitur à conditoribus  
sacrorum uoluminū rationes be-  
nedicendi expressas plus aut mi-  
nus, sicuti mens omniū guberna-  
trix dona sua impari mensura, sed  
æquissimo iudicio dispēsat. Insunt  
eorū scriptis argumentationes &  
expositiones omnifariæ, prudens  
rerum dispositio, schemata uerbo  
rum & sentētiarum accommoda,  
heteroses multiplices tum oratio-  
nis partes, tum uocum inter se qua-  
litatem permutantes. Insunt tropi  
uel singula uerba uel plura trahen-  
tes à rebus, quibus notandis insti-  
tuta sunt, ad alia propter commu-  
nem quampiam naturæ indolem.  
Vsurpatæ sunt ab illis omnes spe-  
cies metaplasmi per adiectionē, de-  
tractionem, permutationem lite-

RATIO DISCENDI

rarum, & apicum, siue prosodia-  
rum. Nō neglecta est ab eis nume  
rosa cōpositio orationis, ut preter  
uulgarē consuetudinem multa e-  
nunciarint in aurium gratiam. Cu-  
ius rei satis certam fidem Esa. uo-  
ces bellæ cōpostæ & emblemata  
Theſſalata cap. xxv. posita faciēt,  
quæ ſic meaſ aures demulcent, ut  
nō putem Isocratis tinnulam com-  
positionem maiori ſuauitate blan-  
ditam uel delicatissimis Græcis.

Quumq̄ cernam artis rhetoricae  
normas, ad quas exigitur cōposi-  
tionis lepor, allusionem & repe-  
titionem uocū, ſimiles exitus, & pa-  
rilitatem syllabarum, nō puto me  
hīc habere Midę auriculas. Sic em̄  
clarissimus in eloquio ſacro rhe-  
tor locutus eſt. Veſa lehoua tze-  
baoth

baoth lecal haamim behar hasæh  
misthe schemamim misthe schema  
rim, schemamim memy haim sche=marim mesyacim. Nō puto quen  
quam sicut iacenti aure, uel sacræ lite  
raturæ aduersum, quin fateatur in  
hoc & innumeris alijs id genus,  
Hebraico sermoni etiam esse suas  
Veneres atq; Gratias. Proin arti-  
bus dicēdi saltem mediocriter im-  
butus ueniens ad authores sacros  
perscrutādos plurima suopte in-  
genio multo felicius eruet, quām  
à ludeis tractatoribus aut à nostris  
Hebraicarum literarum ignaris e-  
differantur. Simul materia præbi-  
ta est, ex qua nō nihil desumat etiā  
ad facultatem benedicēdi loçuple-  
tandā. Insuper memori mente reti-  
nendū existimo, ut omnis sermo-

## RATIO DISCENDI

nis, ita proprietatem Syriacæ hu-  
ius linguæ sitam esse partim in sin-  
gulis uerbis, partim in connexu-  
duarū aut plurium uocum. In sin-  
gulis perpenditur, quam rem aut  
actionē prima origine unumq; dçz  
uerbum significet, ut quod **רַבָּה** sae-  
phær librum notat, **אֲנָשָׁה** quara ue-  
ro legere: quæ iuncta sensum exhi-  
bent, librum legit. Vbi consyde-  
randum uenit, multas Hebraicas  
uoces πολυσημάνε, siue ut uulgo lo-  
quuntur, æquiuocas esse, perinde  
ac usu uenit in Græcis & Latinis,  
adeoq; in uniuersitate linguarum.  
Veluti **חַמֵּה** calorem significat &  
solem, **לְבָנָה** tum cädidam, tum lu-  
nam, tum laterem. In plerisq; ta-  
men dictionib. scriptis per eadem  
elementa punctū uocale differen-  
tiam

tiam cōstituit. Vt exempli gratia.  
**רְבָר** si apices adiecti pronuncian-  
dum moneant dabar, uerbum si-  
gnificat, si dæbær pestem, si dabær  
instinctum nature, si debir adytū,  
si debar cū particula **עַל**, causalem  
coniunctionē ualet. Rursum quæ  
dam sono diuersa rem eandem si-  
gnificant, quæ grāmaticis synony-  
ma dicuntur, ut **סְרֻפּוֹתָה** **סְעִירָה** **פָּאֵרָה**  
authore David Kimhi super Eze-  
chielem capite xxxi. Quibus adj-  
ci potest etiam **עַנְצָן** ramum signifi-  
cans. Sic **גָּנָם** **אָמָר** **דָּבָר** **מָלֵל** inquit,  
dixit, locutus est, sermocinatus est  
&c. Sic **שָׁנוּ** **רְשָׁא** **אֲבִיוֹן** **דָּרְךָ** **מְסֻבָּן**  
pauper, miser, egenus, afflictus, te-  
nuis, inops. In his cognatis subtili-  
opus est indagine, ut differentiam  
deprehendamus. Nulla enim uer-

bā usc̄padeo ppinqua sunt, quin lī  
mite quopiam & gradu inter se di  
rimātur, ut alterum altero sit signi  
ficantius, uehementius, honestius,  
concinnius, & præsentī loco accō  
modatius: quemadmodum rheto  
res diligenter præceperunt de uer  
borum delectu. Nec̄ solum in uo  
cibus singulis inquirendum, quid  
rei aut actionis proprie significet,  
uerumetiā casus & inclinatio, qua  
uox ab origine sua primogeniaō  
forma paulū deflectitur, unde di  
cuntur paronyma, ueluti quòd sæ  
phær librum significās adsumpta  
syllaba īm סְפִירָה sephariim plures  
libros connotat. Verbum שְׁמַע quod significat audiuit, adsum  
ptis literis in aliam formā deriuat  
תְּשִׁמְעָה fecit audire iam sonat,  
id

id est, nunciauit præconis uoce, in-  
dixit, edixit, promulgauit, recita-  
uit & similia, prout iuncta uerba  
nos interpretari iubebunt Latinis  
auribus. Interea uero dum origi-  
natio seu etymologia uocū explo-  
ratur, simul innotescit, an uerbum  
in propria significatione relictum  
sit, an iuxta normas eloquēdi ora-  
torias aliò sit trāssumptum. Nam  
**אָנָּה** quidem origine prima piscato-  
rem significat: indeque daiagim ana-  
logice detortum piscatores. Luxta  
tropū uero metaphoræ interdum  
hostes acerrime persequentes de-  
notat, quique funditus tollere cupi-  
ant: interdum oratores designat,  
qui uerriculo uerbi diuini, & ha-  
mis eloquentiæ sacræ mundi hu-  
ius pelagus ptrahentes in regnum

c iii

VI RATIO DESCENDI

dei homines asserat. Et in illis qui  
dem uersatur iudicium de singulis  
uocibus : nunc de cōplexis quoqz  
dicendū, hoc est, de modis formu-  
lisqz loquendi ex duarū aut plu-  
rium dictionum conglutinatione  
ortis. Ita enim in omnibus idioma-  
tib. comparatū est, ut interdū uer-  
ba proprietatis aliquid adsumat,  
proinde ut eis aliud aliudue iun-  
ctum fuerit. Etenim uerbum agen-  
di aut faciendi Latinis hominibus  
notissimā significationem habet.  
Sed quot naſcuntur inde locutio-  
num formæ à Græca & Germana  
seu alterius barbaræ linguae pro-  
prietate abludentes: dum Roma-  
ni dicūt agere animā, agere histrio-  
nem, agere reum, agere indignam  
rem, bene agere, agere pecus, age-  
re fe-

re ferias, agere nugas, nihil agere.  
Item, facere litem, facere fidem, face  
re delicti gratiam, facere gratū, fa  
cere iniuriam, facere uitium, facere  
naufragium, facere iacturā, & mul  
ta id genus, in quibus latet energia,  
quam aliud idioma non facile asse  
quetur. Ea dum non sunt obserua  
ta superioribus saeculis, Romanū  
eloquium uires & omnem uenu  
statem propè amisit, alienissimeq;  
sententiae sunt authoribus obtru  
sæ, ignorata & in prauum locutio  
ne idiomatis detorta, quæ dogma  
ta illi ueteres si reuiuiscant, manis  
bus & pedibus impugnaturi sint.  
Quamobrem illi, qui conati sunt  
restituere collapsam rem Latinā,  
in hanc partem præcipue incubue  
runt, ut peculiares dicendi modos  
alid

## 87 RATIO DISCENDI

explanarint: multumq; per hunc laborem studiosis contulerunt, ue  
luti Laurētius Vallensis & Adria-  
nus de Romani sermonis elegan-  
tia, & delicijs, ut ita dicam, simul ta-  
men de medulla atq; neruis disfe-  
rentes. Multū in hoc contulerunt  
ad Græcæ Latinæq; lingue cogni-  
tionē Guil. Budæus, & Thomas  
Linacer, & si quis fuit similis pro-  
positi uir industrius. Haud secus  
etiam proprietas ac elegantia Israë-  
litici sermonis posita est in tali uer-  
borum nexu. Dictio nanq; ש lu-  
dæis robustū sonat ac fortē, po-  
testq; reddi per omniū nationum  
linguas uoce tantundē significan-  
te. Sed quum os durum & homi-  
nem perfictæ frontis ש ro-  
bustum facie uocant, aut inexples-  
ibilis

bilis audiitatis hominē significantes שׁ נֶפֶשׁ robustū anima dicunt, totidem quidē uerba rependi pos sunt, sed non tantundē pollutia. Sic נְפָרֵץ separatim positū id ualet, quod Latinis dixit: sed quibusdā uocibus iunctū eas loquendi formulas efficit, ut si uerbum alterius linguae uerbo reddas, minime id eloquaris, quod in Hebraico idiomate cōtinetur. Nam dicere in cor de suo uel ad cor suū loqui, significat Hebr. pensi habere, atq; apud se reputare, adeo q; in animo uolueret, ut 1. Reg. 1. de Anna Samuelis matre historicus ait, קַיָּם מִרְבֵּיתָה ipsa loquebatur in cor de suo, & labia moueri duntaxat conspiciebātur, cæterum uox nulla exaudiebatur. Subiecto nomi-

## RATIO DISCENDI

ne cū beth præpositione significat  
suggerere, ac familiariter sermo-  
nē conferre siue inspirare, ut Osee  
primo, Principio sic locutus est in  
Osee deus. Et Dauid ait, Audiam  
quid loquatur in me deus. Loqui  
super uel in cor alterius, notat, nō  
frustra ingerere uerba auribus, sed  
in animum irrepere, ac persuasum  
auditorem in sentētiam suam per-  
trahere. Quemadmodum Moses  
prodidit Sichem locutum ad cor  
Dinæ, Gene. xxxiiij. ubi nostra  
trāslatio habet, Tristēm bālditijs  
deliniuit. Lxx. Ιαδανος ει και τα τημ δια  
νοιαν ει προθενται τη. i. locutus est illi se-  
cundū mentē uirginis. Vbi Lyra  
nus addit ad uulgarem translatio-  
niem explicādam, Deliniuit uerbis  
uidelicet ipsam pacificantibus. Pel-  
lica

licanus nucleus aperit idiomatis  
Heb. dices, Animū puellæ uerbis  
sibi conciliauit. Aug. Steuch. pro-  
bat æditionem uulgarem, mero-  
ris consolationem fuisse. Abrah.  
Ezra addit locutum uerba tenera  
seu blanda & cōsolatoria. Melius  
Rabi Salomon, Verba quæ insi-  
derunt animo. Et Osee ḥ. sub per-  
sona mariti loquit̄ dominus, quo-  
modo sibi cōciliarit obnoxiamq;  
reddiderit Israēliticā gentē ceu fœ-  
minam in amoris copulam suba-  
ctā. Verba Osee sunt haec.  
**ורכתי על לבך.** Quæ diuus Hieronymus  
ita explanat, Loquar ad cor eius  
uerba mollia, uerba consolatoria,  
ut tristitiam gaudio temperem iu-  
xta idioma scripturarum. Quibus  
uerbis & Sichē locutus est ad cor

RATIO DESCENDI

Dine: & Ioseph in Aegypto fratri  
bus suis tristibus atq; metuētibus,  
ut mōror gaudio mutaretur. Lo-  
qui iudicia id sonat Hebreis, quod  
Latinis iure conuenire atq; litiga-  
re, ut Ierem. xij. משפטים ארכ' אוֹתָן.  
Iudicia tecum loquar. Loqui pro  
aliquo bonū, est intercedere, cau-  
samq; alicuius tueri, ac fauorē eblā  
diri. Sicut Ieremias xvij. cap. dicit  
populum Ierosolymitanum se pe-  
tere, quū orator p ipsis corā irato  
deo existat לְרַב עֲלֵיכֶם שׁוּבָה. Ut  
loquar super eis bonum. Quod  
Germanicus sermo imitāt. Das  
ich jnen das best rede. Sed hęc in  
præsentia sufficiāt. Nam longum  
foret omnia ponere: nec est insti-  
tuti huius illa persequi. Studiosus  
sacræ linguae, cui opera nostra lo-  
catur,

catur, sciat ex cōplexu uocum duarum aut plurium nasci orationes, quæ alijs linguis interdū quadrēt, interdū repugnant aut dissideant, ueluti בְּרִית בָּרִית ferire foedus Latinam elegantiam æquiparat. בְּרִית בְּרִית. Ire in foedus etiam Romanam locutionem repræsentat, qua dicitur inire foedus. Ratio uero locutionis apud utrosq; fortasse diversa est. Nam Latini uerbum inire, unde initiu trahitur, metaphoricōs accommodant omnibus fermentē operibus, quæ longiore tempore perstitura uidentur, ut inire foedus, consulatum, regnum, amicitiam, prælium, & similia. Hebrei autē sumpserunt orationem à modo pangendi foederis. Qui em̄ patrum suum sacramento confirmā

RATIO DISCENDI

bant antiquitus, cesa uictima & in  
partes secta per eas transibant. Ut  
uidere datur in foedere icto inter  
Abraham & deum, Gen. xv. Op-  
positum istius **הפר בריה** disperge-  
re foedus, pro rumpere foedus, aut  
frangere foedus, à cōsuetudine La-  
tina remotius est. In aurem dicere  
de more insufurrādi significat clā-  
culum suggerere Latinis homini-  
bus & Germanis. At Hebr. sonat  
plerūq; palām & aperte dicere,  
ut dissimulare nō possit is, ad quē  
sermo pertinet. Germanicus ser-  
mo uelut æmulus Idumæi sæpius  
assequitur uim illius, q; Latinus  
uel Græcus. Atq; istæ locutiones,  
quas tropos nōnulli parum apto  
nomine uocant, inter legendū at-  
tentissime obseruandæ sunt, quæ  
in

in alieno sermone haud satis expressæ remotam solent inuehere sententiam. Et plerūq; non pos sunt ad plenū reddi, ut Hebraicæ loquendi formulæ in noui testamenti scriptis passim relictæ sint. Vnde manifeste patet, quām utile sit atq; necessarium studiū huius linguae, nisi uelimus interdum sententia scripturarum frustrari. Nec puto aliunde maius firmamētum arripuisse peruersum illud & blasphemum dogma de aduocatione diuorū, q; ex ignorato uel certe occultato idiomate Gene. xlviij. ubi Iacob moriens de nepotibus suis Ephraim & Manasse dicit, Inuocetur super eos nomen meū, nomina quoq; patrū meorū Abrahā et Isaac. Quod peruersi hoīes significare

## R A T I O D I S C E N D I

cōtendunt, ut implorent lacobum  
uita iam feliciter functum, qui cau-  
sam ipsorum adiuuet apud æter-  
nam dei maiestatem, quum tamen  
locutio notet eos appellādos suo  
nomine, & licet nepotes inter fi-  
lios accensendos. Ita sæpe in pro-  
phetarum inuectiuis eodem ser-  
monis genere dicitur uastandum  
esse locū, qui uocetur nomine dei,  
hoc est, templum dei domū. Hunc  
loquēdi modum Romani scripto-  
res efferunt per gerere nomen, ut  
quum de adoptionibus loquētes  
dicunt, Titum in testamento scri-  
psisse, ut Caius nomen ipsius ge-  
rat. Sed operæprecium est senten-  
tiam grauissimi theologi Augusti-  
ni super ista re apponere. Septem  
inquit feci libros de septem libris

diuina

diuinarum scripturarum, notatis locutionibus singulorum, quæ minus usitatæ sunt linguae nostræ, quas parum aduertendo sensum quærunt eorum quæ legunt, diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus: & nonnunquam ex culpunkt aliqd, quod à ueritate quidem nō abhorreat, non tamen id sensisse author à quo scriptum est, inuenit, sed genere locutionis hoc dixisse credibilius appareret. Multa autem in scripturis sanctis obscura cognito locutionis genere dilucescunt: propter quod cognoscenda sunt eadem genera locutionū, ubi sententiæ patēt, ut etiā ubi latēt, cognitio ipsa succurrat easq; intētioni legētis aperiat. Ex qbus uerbis sanctissimi pariter & doctiss. uiri

## RATIO DISCENDI

satis monemur, quātōpere sint ad  
notandę diuinorę eloquiorum pe-  
culiares formulę. De quibus idem  
Aurelius libros aliquot confecit,  
utinamq; negotiū absoluisset pa-  
ri conatu & successu. Extat etiam  
huiusc p̄quisitionis reliquiæ quæ  
dam ueterum theologorum in o-  
pere Eucherij de formis spirituali-  
bus. Conferet etiam nonnihil in-  
cipientibus libellus iste de tropis  
scripturæ titulum præferēs, quem  
Barptolemæus Vesthamerus nu-  
per Latinū fecit. Ad hæc eiusdem  
fuerit operæ parcemias diuini elo-  
quij & allegorias obseruare, aut si  
quod aliud schema est, quod non  
uulgarem habet intellectum. Dixi  
mus iam in quibus natura opesq;  
Hebraici sermonis consistant, &  
qua

qua indagine sit penetrandū. Proximum est, ut de uersionibus atq; in alias linguas translationibus dicatur, quantū instituto nostro seruire videbitur. Nemo autem iudicium meū expectet, quis interpres cui sit præferendus, Græcine an Latini, an Germani habeāt Biblia felicissime interpretata, aut qd singulis tribuendum. De Græcis diuers Hieronymus pronunciauit tū in commentarijs suis sparsim, tum in libello de optimo genere interpretandi, & his quæ ex Psalmis aliquot cōfert. Meam quoq; sententiam non dissimulabo de cunctis, quum ad locum aptiorem deuentum fuerit. Nunc abunde satis distū erit pro adiuuandis primis studijs Hebraicæ linguae operā dan-

d ij

R A T I O D I S C E N D I

tium, si admoniti sint, multas ob  
causas utile fore, ut cum Hebraico  
textu conferant uarias interpreta-  
tiones Latinam, Germanam, aut al-  
terius linguæ uernaculæ uersiones:  
Græcam etiam si eius linguæ peri-  
tia constet. Chaldaica uero trâsla-  
tio uel Ionathæ uel Onkeli uel alio  
rum, licet in quibusdâ opituletur,  
non tamen conducere potest, nisi  
iam ad mediocritatem progressis  
in Hebraicæ lingue scientia. Sunt  
enī hæ duæ dialecti cognatissimæ.  
Hos interpres interdū offendes  
inter se cōspirare, interdum disso-  
nare, interdum repugnare, iam in  
scitia, iam oscitantia, iam probabi-  
lem ob causam uel de suo uerbum  
adijcientes, uel supprimentes, uel  
mutantes, ut ponat translatium  
loco

loco proprij , aut contrà figuram  
atq; tropum explicit . Eam disso-  
nantiam interpretū Lector atten-  
tus , & linguarū in quas Hebraica  
transfunduntur , peritus , facile in-  
telliget . Sed quis optime interpre-  
tetur iam discernere , acrioris est  
iudicij & grauioris censuræ , cui  
pcul absit temeritas ac impietatis  
corruptela . Necq; uero ista multi-  
tudo et uarietas interpretationum  
officit nisi desidibus : pie autem se-  
dulis & industrijs prodest , Augu-  
stino teste in libro de doctri . Chri-  
stiana . Siquidem ex plurium colli-  
sione ueritatis lux uberior elidiſ .  
Cuius rei apposito exemplo uno  
& altero gustum quasi præbebo .  
Esaias capite xiiij . Babyloni extre-  
mum denuncians interitum inter

d . iij

## RATIO DESCENDI

alía uerba minacía p̄dicit uerten  
dam urbem magnificam & omni-  
bus delicijs affluentem in domici-  
liū רַבָּד quipod animalis gaudētis  
solitudine. Quod Lxx. hisce uer  
bis interpretati sunt, οὐσία βαβυλω-  
νία μέρη μοι, ὡς ε κατοικεῖ πέχινα, Reddam  
Babylonem uastam, ut ilhic degāt  
echini. Hieronymus autē, Ponam  
in possessionem ericij, & in palu-  
des aquarum. Oecolāpadius eri-  
nacium exponit. Hi duo à Græcis  
in hoc dissentire uidentur, quòd  
Lxx. uocem ambiguā ξύνθη, quæ  
& terrestre animal significat & a-  
quatile, in præsentī loco pro aqua-  
tili accepisse coniecto. Hierony-  
autem & Oecolampadius accipi-  
unt pro spinoso animali, quod ex  
tra aquas uitā degit. Huc iam con-  
fer,

fer, que Plinius lib. viij. cap. xxxv.,  
de natura histricis et erinaciorum,  
quæcūp alij scriptores de animaliū  
istoriæ naturis prodiderunt memo-  
riæ. Ionathan paraphrastes Chal-  
dæus eandē uocem reddit, sed nu-  
merum mutat, ut figuram quæ sin-  
gularia uice pluralium ponit, a= אֲשֶׁר יְהוָה כִּיְפָרֵן  
periatis atq; rem paulò clariorē ex-  
hibeat. Iude-  
orum nostratiū alij noctuam pu-  
tant, alij auem sylvestrē. Quorum  
opiniones referens in etymologi-  
co suo Reuchlinus rem in mediū  
relinquit. Ex cōmentatoribus Iu-  
dæis Salomon larcheus suffraga-  
tur Hieronymo dicens id anima-  
lis uulgo dici הַרִּצְנָן. Abrahamus  
Aben Ezra solam nominis ratio-  
nem attingit, inquiens, יְרֻעָה

## RATIO DESCENDI

אָמָרִים שְׁחוֹא מַשְׂרוֹת קְפָרָתִי בָּאָרֶג  
 חַוו בְּעֵבֶר הַקְּפִידָה . i. Sciendū quod  
 nonnulli dicant ab eo appellatum  
 animal, quod mordicus præcidat:  
 quo uerbo & Esaias utitur in sote  
 ria Ezechiæ, Præcisa est uelut à te-  
 xtore uitæ meæ tela. Dauid Kim-  
 hi ait Arabib. dici quanapad duo  
 bus elemētis Hebraico nomini in-  
 fertis, et uulgo dici Tartog animal  
 perpetuò ad aquas degens. Eius  
 uerba sunt hæc, חַוָּא נִקְרָא בְּעַרְבִּי,  
 קְנָאָפָּר וּכְלָשׁוֹן טָאָרְטָוָג וְחַיָּה נִמְצָאת  
 Optime omniū Zuinglius rem putauit. Fibrum,  
 inquit, fecimus, quod idē uerbum  
 præcidere significat. Fibris autem  
 horrendam morsus uim tribuunt  
 naturarum scriptores. Tum φ in  
 stagnum uersa Babylon, nullam  
 commo-

commodius beluam hospitio excipit. Duo igitur Zuinglio nostro suffragantur, ex quibus in tali perquisitione firmissimæ coniecturæ colliguntur, etymon uocabuli, & circumstantiæ sermonis, ut minime ritu pictorum ineptientiū delphinum syluis appingat, fluctibus aprum. Nam paronyma significatu referre debent etiam illa, cū quibus soni participatum tenet, uelut in hoc loco primogenium significat præscindere, quod re ipsa nulli animatiū proprius competit, q̄ castori, de quo Pli. naturalis hist. lib. viij. cap. xxx. Animal horrēdi morsus, arbores iuxta flumina ut ferro cædit. Ad hæc propheta minoratur sic uastandam urbem superbia tyrānide atq; luxu scatentem,

d v

## RATIO DESCENDI

ut partim uertatur in stagnum rus-  
ptis nimirum illis magnificis moli-  
bus, quæ Euphratem interfluen-  
tem arcebāt. Quum ergo fiber am-  
phibion sit animal uicissim terras  
& aquas incolens, aptissime qua-  
drat illi Babylōis solitudo. In eius-  
dem prophetæ cap. xxxiiij. uatici-  
nium æditur de horrēda uastatio-  
ne terrarum, nominatim Idumæa  
perstricta, quæ gloriabatur in arcī-  
bus & locis munitissimis. Eam ua-  
tes canit ferissimis auibus ac be-  
stijs cessuram, in quorū catalogo  
numeratur וְאַתָּה quipoz. Sic enim  
habet Complutēsis codex, & alia  
exemplaria spectatoris fidei. Quæ-  
dam habēt in fine daleth וְאַתָּה, quæ-  
dam nun וְאַתָּה. Nec desunt utriq;  
scripturæ approbatores. Melior  
tamen

tamen pars, ut dixi, probatin fine  
scribendam literam zain. Quan-  
tum ad significatum pertinet, ple-  
riq; omnes existimarūt idem esse,  
quod זָן, non attendētes in prio-  
re parte istius capitis eam ferā po-  
ni, & in posteriore parte amplifi-  
candæ rei gratia superaddi alias  
etiam bestias solitudine gaudētes.  
Septuaginta interpretati sunt, aut  
quicunq; tandem author est Græ-  
cæ uersionis, οὐαὶ ἐνόσεισμοῖς. Hie  
ronymus, Ibi habet foucā ericius.  
Zuinglius, Isthic nidulabitur eri-  
cius. Salomon larcheus & Dauid  
Kimhi annotat eam esse bestiam,  
quæ & סִפְרָה dicatur. His assentit  
Capnion, & sic uertit Ionathas  
אַלְמָנָה. Oecolampadius autumat  
histricem. Quos pariter (absit in-

R A T I O D I S C E N D I

uidia dicto) hallucinatos opinor.  
Verba em̄ adiuncta signari auem  
arguunt. Sic enim scriptum est,  
שם קננה קפוץ ותמלט ובקעה וזגרה  
בצלחה אך שם נסבץ הוות אשה רשותה  
Quæ sic licet Latine reddere subla-  
ta figura perspicuitatis gratia, quæ  
preposterum ordinem uerborum  
introducit. Ibi nidificabit (auis fe-  
rissima) kipoz atq; pariet. In um-  
bra ipsius fouebit oua, et exculpet.  
Milui quoq; ibidem cōgregabun-  
tur, quisq; cum sodali. Mecum fa-  
cit Aben Ezra non castorem in-  
telligendum sed auem. Ait enim,  
איננו כמו קפוץ ורק עותה אחר. Fortasse  
non absurde uulturiū accipiems,  
præsertim quū iuxta ponatur mil-  
ius. Scribit autem Pli. lib. x. cap.  
sextō in hunc modum, Nidos uul-  
turum

turum nemo attingit. Ideo etiam  
fuere, qui putarent illos ex aduer-  
so orbe aduolare falsò. Nidificant  
enim in excelsissimis rupibus. Prę  
terea uerbum ῥῶ insiliendi signi-  
ficatum gerit, quod uulturum est,  
dum in cadauer inuolant. Porrò  
in formis locutionū idem conspi-  
titur, quod in simplicibus uerbis,  
interpretes quædā ignorasse, quæ  
dam negligentius uertisse, quædā  
cōsulto reliquisse, ut potius annu-  
merarent uerba, quam sensum ap-  
penderent, nimirum quadam reli-  
gione nolentes mutare sacrū elo-  
quium. Proinde in singularū uo-  
cum & locutionum interpretatio-  
nibus diligenter cautełę uersandū  
est, ut non omnia recipiantur ceu  
alba linea in albo lapide, uerūm ex

R A T I O D I S C E N D I

multorū collisione id demum su-  
matur, quod uniuersum orationis  
textum, & rerum natura decreue-  
rint esse ratū. Postremo non igno-  
randum & illud, Hebræorum co-  
dices licet diligentissime uel manu  
descriptos, uel typis impressos ha-  
bere mendas aliquot, interdum in  
apicibus, interdum in literis, inter-  
dum in totis dictionibus. Nā ex-  
emplaria inter se uariant alicubi.  
Nonnunquam eadem re in diuer-  
sis scripturarū locis posita, ut mul-  
ta in historijs regū & Mosis pro-  
dita, in libris ἡ θραλειημένων et pro-  
phetarū sermonibus repetuntur,  
in omnibus exemplaribus disso-  
nātia scripturæ deprehendit, non  
etiā sententiarū repugnatia. Velu-  
ti φ rex Babylonis in Regū histo-  
ria

ria Merodach nominatus, Esaiae  
uocatur Berodach. Sunt autem à  
Iudæis confecti libri castigationū,  
quas massoroth gentilicio nomi-  
ne appellant, non dicam diligen-  
ter, sed superstitionissime in nume-  
rum additis minutissimis quibus-  
uis, & maioribus nonnullis præte-  
ritis, ut ostendere possim, si huius  
uerbi causa in ius uocer. Nec vero  
assentior illis, qui magis studio  
suæ gloriæ æstimationis quæ tuēd<sup>g</sup>,  
quam ueritatis propugnandæ ia-  
ctitant Iudæos de industria corru-  
pisse plurima scripturæ loca, in q-  
bus nostræ Christianæ religionis  
firmamenta continentur, ut uideli-  
cet deessent tela in ueteris instru-  
menti armario, quibus Christi ho-  
stes potissimum confodiuntur.

RATIO DISCENDI

Quod Iudæos conari postquam  
melior ipsorum pars & eruditior  
in salvatoris nostri ecclesiā transi-  
ens secū libros diuinos intulisset,  
puerile admodum apparet: stoli-  
dissime uero à magnis istis theolo-  
gis dicitur, ut Hebraicæ literaturæ  
ignari uideantur ab ea prudenter  
abstinuisse, non amore huius sæ-  
culi neglexisse. Certe Hierony-  
parum æquus Iudæis nunquā eos  
uituperat ut falsarios sacroruū uolu-  
minū: imò contra defendit in com-  
mentarijs super sextum Esaiæ ca-  
put, inquiens Iudæorum codices  
non esse corruptos. Et fuit sanè  
perq̄ proclive tum librarijs tum  
ipsis authoribus eiuscmodi uitia  
subrepere, maxime in punctis, in  
quibus lubricū & subtilissimum  
nego

negotium existit. Quocirca non  
conuenit Iudaica superstitione alli-  
gatū esse, ut nefas atq; sacrilegum  
putemus, suspicari mēdas scriptio-  
ni sacrorum codicum inoleuisse.  
Nam si pro emendato & syncero  
libet amplecti, quicquid in diuinis  
occurrit uoluminibus, etiam mu-  
sca insidens literæ mysterium pa-  
riet, si faueat Iuno & Lucina. Rur-  
sum nemo hinc ignauiae occasio-  
nem atq; prætextum accipiat, ut  
quum minus grammatica ista per  
scrutatio succedit primo conatu,  
mox suspicari uelis corruptū esse  
codicem. Imò postquam diu mul-  
tumq; nodum difficiliorem tenta-  
ueris, omnia exploraueris, omnē,  
quod aiunt, moueris lapidem, ue-  
niat tandem in mentem, fortasse li-

RATIO DESCENDI

brum esse mendo sum. Verbi gratia. Legens Ezechielis scripturam cap. xxxij. Factū est in anno duodecimo, in mense decimo, in quinta die mēsis, uenit ad me qui furerat de Ierusalē, dicens, Percussa est ciuitas. Et quae sequuntur. Moueor Hebraicam scripturam intuens, in qua numeri præter solitum cōiuncti sunt, siquidem prius nomen defectum est litera finali, quā moris sit efferre שְׁנִים עֲשָׂרָה sicut in masculino genere שְׁנִים עֲשָׂרָה. Discussis grammaticorum omnibus capsulis ratio nulla inuenitur, ob quā in præsenti loco ita scriptum sit. Consulti nostri & Iudæi tractatores nihil respondent, sed huic lectiōni unanimes subscribere uidētur. Græca interpretatio habet, οὐδὲν

וְיָמָתָה אֶתְךָ in decimo anno. Qd<sup>e</sup>  
 uitio librariorum nimirum inole-  
 uit pro ἐρῶντες, ut Græca Bi-  
 blia miserandum in modum uitia-  
 ta sunt. Si me apte industria com-  
 ponam antecedentia & sequētia,  
 nihilo magis scrupulus eximitur,  
 sed molestior admiratio subit ani-  
 mum, qui factū sit, ut primus nun-  
 cius capte urbis post annū & men-  
 ses fermè sex demum ad Ezechie-  
 lem peruererit. Suspicio tandem  
 uitiū inoleuisse libris incuria tem-  
 porum, & primā literam esse præ-  
 termissam, ut primitus ab authore  
 diuino scriptū fuerit בְּעִשְׁתַּחַת עֲשֹׂרָה  
 וְנֵנָה Vndecimo anno. Qui proclī-  
 uis error fuit repetita litera ain, ut  
 librarius animo remissiore scribēs  
 semel id elementū preterierit. Nec

e ij

R A T I O D I S C E N D I

male quadrat ueritati, elapsum ali  
quem urbe Ierusalē capta, uenisse  
in Babylonem post mēsem fermē  
sextum, & retulisse cladem popu-  
larium. Nam è Babylonia in pa-  
triam ascendētes duce Iesu & Zo-  
robabel à Cyro libertate concessa  
attigerunt natale solū sexto mense  
peregrinationis, foeminis & infan-  
tibus totaꝝ ipsorum substantia in  
comitatu existentibus. Cæterum  
si quis contendat nihil uitij scriptu-  
ram hanc habere, cum hoc non di-  
gladiabor, malēs omnes meas cō-  
iecturas leuissimas iudicari, quām  
sanctam ecclesiæ pacem λογομαχίας  
labefactari. Nunc in summam re-  
digere placet haec tenus dicta, & rē  
in usum deducere, quomodo uer-  
sandū in authoribus sacris ad pa-  
randam

randā Hebraicæ linguæ peritiam,  
existimemus.

Dixi nobis uideri linguā Heb.  
eò redactā, ut purus putus Hebra-  
ismus in xxiiij. duntaxat libris ue-  
teris instrumenti supersit: nec tu-  
tum esse, ut in Iudæorum propha-  
nis scriptis uerā solidamq; cogni-  
tionem huius sanctæ linguæ inue-  
stigemus. Si cui uero ingenium, fa-  
cultas, otiumq; suppetunt, uoluat  
etiam istos authores, sed cum iudi-  
cio, utpote non iuratos, nec specta-  
tæ fidei. Consultissimum uero ui-  
detur peritiam Israëlitici sermonis  
à sacris scriptoribus petere, in qui-  
bus etiam aliquid discriminis est,  
quum aliis alio mundior, luculen-  
tior, elegantior conspiciantur. Ini-  
tium facere conuenit à lectione hi-

R A T I O D I S C E N D I

storiæ Mosaicæ & proximis, Io-  
sue, Iudicum, & Regum, in quibus  
materia nota est fermè, scopusq;  
scriptoris in rerum narratione uer-  
santib; uelut in proposito fixus est,  
ad quem respiciētes multa facilius  
expedient; ad hæc historię textum  
faciliore filo decurrit. Cōprehen-  
so igitur sacri scriptoris proposito  
singulatim unūquodq; uerbū ex-  
pendetur solerti examine: quæ sit  
origo uocis & thema, uel ut Heb.  
uocant, quæ radix uerbi; quid pro  
prie significet; an relictum sit in ge-  
nuina significatione, an aliorum  
abstractū: quid in eo uariarit ars  
grāmatica, quid rhetorica: an con-  
structio insolentior, an dicēdi mo-  
dus Hebræis peculiaris enascatur.  
Consyderandū examuſſim, si qđ  
ada-

adagium, si qua inuolutior allegoria, si quod schema reconditionis sententiæ. Interim consulēdi sunt dictionarij, adhibendæ sunt normæ grammaticorum, conferendæ sunt interpretationes uariæ, qbus tamen caue te credas, sed confyde rata rerum natura, excusis circumstatijs, collatis scripturæ locis alijs similibus aut planioribus, quod optimum cognoscetur, id demum recipietur pro recto & probæ notæ. Quod etiam non pigebit memoriæ causa in chartas mittere, ut quum in posterum usus fuerit, deponi possit. Et in hac sanè opera atq; exercitatione conuenit esse per initia μικρολόγον, ut deprehensa uerbi primitiui positione curiosa indagine rimeris literas aduertitias,

## RATIO DISCENDI

quid affectionis grāmaticæ affin= gant themati, ut nullum etiā pun= cṭellū dimittas indiscessum, quid adferat proprietatis uoci, quæ in iudicium producta est: nō minus parua ista persequens, quam Eu= clio Plautinus unguium etiā præ= segmina in suis rationibus conclu= dit. Etenim si hoc pacto diligēter omnia inquirantur, ut in secundo libro ad planum ordinem conscri= pſi, quo sint inuentu facilia, & per partes pcipi queāt, multo firmius ac promptius iudiciū parabitur, q̄ si uniuersa grammaticorum placit= a semel aceruatim ingerant̄. Præ= terea istæ minutiae plus in se mo= menti continent, quam aliqui exi= stimant: ex quibus certè in confli= ctationibus tū de scripto, tum de= senten

sententia non pauca suppetent argumenta. Quòd si tamen incidat nodus difficilior & inextricabilis, non suadeo ibi diutius hæredum, aut uehementer indignandū. Profectu enim in studijs opus est non indignatione, ut ille præclare dixit. Notetur ergo locus, donec posterior lectio, uel homo idoneus uel liber opportune obueniens, scrupulū eximat. Exposui meam sententiā de formando studio Hebraicæ literaturæ, & quidē uerbo sius quām meum ingenium ferat, aut nonnulli probent. Sed dabūt ueniam æqui, si præfationis loco, quam pro more quorundam alias res agens facere potuissem, de rebus utilissimis, & sacri studij primas partes continentibus uel gar

## RATIO DESCENDI

riui uel differui loquacius, certe animo beneuolēti meum iudicium aperui. Iam in præceptis ab omni prolixitate abstinebo, atq; uerbis tantum necessarijs utar.

Ante ingressum operis & illud indicabo, quod literis uel medio criter operatos iam latere non potest, Hebraicā literaturā, quemadmodū & cognatas linguis Chaldeam, Indicam, & Arabicam, non procedere uia Latinis Grēcisue protrita, ut legendo & scribendo à leua dextrorsum eatur, sed contra sinistrorsum à dextra ordo ducitur. Paginarum quoq; facies Latinis prior, Hebræis est posterior. Nec non Iudæorum codices initium habent, ubi aliarum linguarum libri finem capiunt. Quem ordinem Iudei

dæi suorū stolidi admiratores ue  
hementer approbant, & gentium  
cæterarū consuetudini preferunt,  
ut maxime naturalem. Nam in to  
ta fermē natura motū canonicū &  
legitimū à dextris in leuas partes  
fieri, perpetuò astris atq; mundo  
ex ortu in occasum uoluentibus.  
Huic opinioni contradicit Franci  
scus Tiffardus & alijs, quasiq; diē  
Iudæis dixerint de asini umbra liti  
gant. Mihi quidem consyderanti  
formas Heb. elementorū, aut quæ  
inde nata parentis similitudinem  
amplius custodierunt, ut Chaldea  
& Arabica, quibus gens Turcorū  
hodie utitur, non aliā rationem se  
cutos suspicari possum inuētores  
literarum, q; cōmoditatem pingen  
di. Si enim characteres literarū di-

RATIO DESCENDI

Iligentius uersentur, & eorum ductus inspiciantur, apparebit omnino aptius esse facilius q̄, stilū à dextra in sinistram ducere in effigie singulis elementis & cōpingendis in dictionum seriem . Hoc ubi fuit decretū, mox suasit ratio, pro fronte habēdam partē, quam nos dorsum facimus . Consectaneus etiam fuit ordo in totis codicibus, ut prima pagina esset in dextra parte, ultima in sinistro latere. In hoc opere quū uniuersa præcepta Latinis propemodum uerbis tradita sint, Latinus etiam ordo seruatus est. In exēplis Hebraicis reponendis à dextra leuorsum ducta est uersuum & dictionum series.

IN

37

# INSTITUTIONVM

GRAMMATICARVM DE LIN-  
gua Hebræa liber prior Theo-  
dori Bibiliandri.

**I**OC opere grammatica  
rū institutionū in duas  
partes diuiso, subducēs  
rationem ad profectus  
discentium, in priore libro simpli-  
cissime de literis & earū apicibus  
explicabo, quomodoq; fiāt ex eis  
syllabæ, & ex syllabis dictiones.  
Deinde aperiā discrimina litera-  
rum & dictionum, in quibus ana-  
logica deductio uerſatur atq; per-  
agitur.

## DE LECTIONE, PRIMI *mumq; de literis.*

**D**ictiones Hebraicæ, & quic-  
quid omnino lingua sonare

## INSTITVT. GRAMMAT.

potest, literis atq; apicibus perscribuntur. Literæ quibus oracula diuinæ sunt ad memoriam comprehensa & notata, uiginti duæ existunt. Quarum figuræ nominatæ & uoces q; breuissime absoluam. In secundo autem libro corruptam lectionem, & aliorum pugnantes opiniones referam.

vau	He	Daleth	Gimel	Beth	Aleph
ר	ה	ד	ג	ב	א
Lamed	Caph	Iod	Teth	Heth	Zain
ל	כ	י	ט	ח	צ
Tzade	Pe	Ain	Samech	Nun	Mem
צ	פ	ע	ס	נו	ם
	ת	ת	ש	ר	ת

Quinq; ex illis dum in fine scribuntur, alia forma pinguntur, q; in medijs & principijs dictionū.

In

In litera eīm mem linea sinistrū la-  
tus tenēs reliquo circulo nectitur:  
in reliquis lineola transuersa deor-  
sum protenditur. Sic enim arrisit  
scribis elegātiā & decorem affe-  
ctantibus. Vocātur autem suis no-  
minib. adsumpto epitheto , mem  
finale aut clausum : caph, nun, pe,  
tzade finale seu explicitum . Atqz  
istas elemētorum effigies uide , ut  
suis notis exacte internoscere di-  
scas. Sunt enim quædam ita pro-  
pinque, ut si obiter quasiqz perfun-  
ctorie aspicias, proclive alterā pro  
altera capias etiam cum detrimen-  
to rerū: quod Lxx. interpretibus  
et alijs nō raro usu uenit. Sin pres-  
sius intuebere, nō desunt differen-  
tiarum notæ, per quas mutuum in-  
terstinguntur. Simulachra inui-

## INSTITVT. GRAMMAT.

cem parum abludentia iuxta consti-  
tuam, quod unum præstare potest hic preceptoris opera. Studio  
si oculis intentis circumspiciant totum literarū corpusculum, lineas,  
flexus, angulos & hiatus, per quæ  
discrepant. Specie colludunt beth  
caph & nun ב נ . He & heth  
ה ה . Daleth, res, caph finale ד ר .  
Vau, zain & nun finale ז נ . Sa-  
mech & mem finale ס מ . Thau &  
pe finale ת פ . Proposui nomina li-  
terarum, ut extant in Latinis codi-  
cibus Hieronymi & Bibliorum sa-  
crorū, formasq; demonstravi ele-  
mētorum. Supereft, ut dicatur de  
potestate uocibusq; literarū. Quæ  
cognitio elementalis distribuitur  
à ludæis magistris secundum or-  
gana uocis humanae, ut quinq; affi-  
gnent

gnent linguae, Daleth teth lamed  
nun thau: Quatuor labijs, Beth  
uau mem pe: Quatuor palato, Gi-  
mel iod caph kuph: Quatuor gut-  
turi, Aleph he heth ain: Quinqude  
tib. Zain samech tzade res schin.  
Sonus enim qui elementis istis no-  
tat ceu signis, maxime indiget ope-  
ra linguæ, labiorum, palati, guttu-  
ris aut dentium. Ex qua differētia  
satis iam liquet, quæ uox quiue so-  
nus singularum literarū proprius  
sit, nempe quod Hebraica elemen-  
ta sono imitatur ferè Latinam lite-  
ram, quæ prima in nomine ipsorū  
æditur, ut beth sonet b nostrum,  
& gimel g, & sic deinceps. Verūm  
quia non est cuiusuis auris, ut Fa-  
bius inquit, sonos exigere, uehe-  
menterque confunditur sonus He-

INSTYT. GRAMMAT.

braicarum literarū, præsertim quæ  
sunt eiusdem instrumenti à ludeis  
& Iudaizatibus ἀναγνώσαις, ibo cur  
sim per omnia elemēta, & pronun  
ciationē indicabo, si non exactam  
certè proximam synceræ atq; uer  
naculæ.

**A** Aleph unam & propriā uo  
cem nō habet, sed est ueluti palus  
in uersu defixus, cui affigantur uo  
cales quælibet. Proin cuiuscunq;  
uocalis aut diphthōgi (ut pro mo  
re Latinorum loquar) nota fuerit  
apposita, eam leniter ē gutture p  
nūciari iubet, ut אָדָה Adā, Edom,  
Isboseth, Ophir, Vr, Aerætz.

**B** Beth sono refert b nostrum,  
בְּ בָבֶל Babel, quæ adsumpta syllaba  
migravit ad Græcos & Latinos  
Babylon. Puncto farta isthæc lite  
ra,

ra, quod literarū sonum intendit,  
ut suo loco dicetur, b acrius & ge-  
minum pollet, ut אָבָּא Abba.

**ג** Gimel puncto inscriptum g  
uehementius sonatur, quale Ro-  
mani efferunt ante uocales a o u  
גַּבְרִיאֵל Gabriel. In medio dictio-  
num duplex g pollet infixo pun-  
ctello, ut חָגָג Haggai, qui Aggeus  
nobis dicitur. Vacuum apice so-  
natur glene, quasi ꝑ aspiratum, ut  
g sonatur ante uocales Latinas i et  
e. גְּזֹנָה Geon, uel Gheon.

**ד** Daleth puncto inscriptum d  
forte seu geminum exhibet, absꝑ  
punctello intestino d mollius & fla-  
tu enunciatum ualet, ut דָּוִיד David  
עִנָּן En gaddi.

**ה** He aspiratio lenior atque te-  
nuis est, ut pleruncꝑ prætermitta-

INSTITUT. GRAMMAT.

tur Hebr. uocibus in alienam lingua  
guam discedentibus, אַבְרָהָם Abra-  
ham שָׂרָה Sara. Quando expers-  
est uocalis pūcti, ut fermè solet in  
fine, inter pronunciandum suppri-  
mitur, ut ḥudæi loquuntur, quie-  
scit, uelut in superiori exemplo Sa-  
ra. Tametsi finalē apice impresso  
quidam efflandam censem, quod  
mihi non displicet, ut חֶלְלִיָּה Ale-  
luia, uel potius haleluiah.

Vau non una uoce profertur.  
Nam exors punctorum, aut uoca-  
lem habens appositam, u conso-  
nans repræsentat, ut צ Tzaf, uel  
tzau, וְשֵׁתִי Vasthi. Quod si acces-  
serit intrinsecus apex, ff geminum  
aequat, ut צִיךְ Tziffa. Apicem im-  
positum capiti gerens o uocalem  
literam exhibet, ut טֹבִיה Tobias.

Puncto

Puncto in uentre indito uocalem  
ureddit, ut יְבִיאֵס lebus.

**Z** Zain, z, hoc est Græcam lite-  
ram zeta, uel Latinum s, non stri-  
dulum & quasi ds ualeat. Quo so-  
no fermè in proprijs nominibus  
expressum est, זָבָלּוֹן Dsebulon,  
siue Zabulon, אֶזְרָאֵל Esdras.

**H** Heth aspirationē crassam ore  
patulo exhalatam, utç dicit ety-  
mologicus, qui propria nomina  
interpretatus est, duplīcem aspira-  
tionem obtinet. Hunc spiritū ue-  
hemētiorem ut satis exprimerent  
interpretes, in ch siue x Græcorū  
sæpiissime cōmutarunt, ut חָרָן Ha-  
ran siue Charan. Quem locū Me-  
sopotamiæ scriptores ethnici ap-  
pellant Charras.

**I** Iod nunc uocalis i, nunc con-  
f iij

## INSTITVT. GRAMMAT.

sonans i existit in pronunciando,  
nunc occultatur. I consonās repu-  
tatur, quacunq; uocali adiecta, ut  
**לָרְדֵן** larden, q; fluuius Iordanis ap-  
pellatur, **לְהֻדָּה** lehuda. In hoc au-  
tē dissonat à gimel gracioliori, q;  
ipsum effertur cum spiritu, iod ue-  
ro sine flatu, perinde ac si nitaris i  
uocalem ædere, ut **לוֹבֶל** lobel bisy<sup>l</sup>  
labum, sed **גַּבְּאָה** ghobe. Vocalis  
est in calce dictionum posita præ-  
cedentibus uocalibus a o u, ut di-  
phthongi fiant ai oi ui, ut **חַיִּים** &  
**חַיִּה** una syllaba. Sic **גַּוִּים** goi &  
galui. In monosyllabis etiā dictio-  
nibus medium locum tenens præ-  
cedēte uoce a, ut **בַּיִת** Baith. Nunc  
tamen moris est subdere apicem,  
nihilo tamen secius uerbo manen-  
te monosyllabo, **בַּיִת** Baith. Ad  
hunc

hunc modum iod potest statem uocalis obtinet etiam in uerbis duarum & plurium syllabarum, quoties ante uau uel caph finale ponitur, præcedente uocali a, ut עַלְיָא A=laif. רַבְרִיאָה uel רַבְרִיאָה cum apice, debaraich. Non legi traditur à conciliabulo Iudæorum, quoties præcedit uox e, nec iod habuerit proprium punctum, ut בֵּית Beth dibre, דְּבִרְיָה debaræcha: que omnia efferuntur, quasi iod nullum scriptum esset. Sunt tamen qui per diphthongum pronuncient dibrei. Quibus libenter assentior, & iudeo legendum esse quod scriptum est in Hebraico sermone: quemadmodum Quintilianus censuit in Græcis atq[ue] Latinis. Post uocem i quādoq[ue] sono quidem intermit-

INSTITVT. GRAMMAT.

titur, sed tamen longam syllabam ex breui reddit, ut בִּנָה bīna, quasi scriptum sit בִּנָה.

**כ** Caph grauidum pūctello intestino c uel k sonat, ut כַּרְמֵל Carmel, qui mons Carmelus est. Expertus oneris illius ch uel x Græcanicum exhibet, ut לָמֶךְ Lamech.

**ס** Samech s obtusum est, non acutum sibilans: quem sonum obtinet Latina litera s uocales a o u antecedēs. Acrior enim sibilus est sequētibus e uel i, ut סָרְבֵל Sarbel.

**ע** Ain sicut aleph nō unam uocem obtinet perpetuò, sed cuiuscunq; uocalis nota fuerit adiecta, ea uelut gargarismo ex gutture torquenda est. Quam literam orientalis natio tanto conatu efferebat, ut Lxx, Græcis haud proprius meliusq;

luisq; possent exhibere , quām si  
גָּמָם , id est , sonū g præmitterent ,  
ut צֹעַר Tzoar siue Segor . Hoc ta-  
men haud fecerunt in omnibus , ut  
בָּעֵל Baal .

**P**e bifariam enūciatur . Nam  
prægnans apice profertur ut p , &  
in medio ut pp geminum , פִּילְגָּשׁ  
pilegesch . Vacuum puncto f no-  
strum seu ph Græcū æquipollet .  
In quod elementum fermè permu-  
tatū est . פִּיכָּל ficol פְּנִיאָל Phenuel  
siue Phanuel .

**T**zade sonum habet , quē nec  
Græcus sermo nec Latinus agno-  
scit , authore Hieron . qui uocem  
Nætzer Esa . xi . tractās ait , נֶצֶר per  
literam scribitur , cuius proprie-  
tatem & sonum inter z & f Latinus  
sermo nō exprimit . Est enim

f v

## INSTITVT. GRAMMAT.

stridulus & strictis dētibus uix lingue impressione profertur. Interpretes ut Gr̄ecis hominibus & Latinis utcunq; repræsentarent, per sonum s̄ reddiderunt, ut זְבָאֹת Sa baoth, quod per tz̄ notare soleo Tzebaoth differentiæ causa inter zain & zade, ut illud z̄ siue d̄f ualeat, hoc uero tz̄ siue t̄f lingua uali dius in dentes impulsa.

**ח** Kuph sono differt à caph, quātum ain ab aleph, ut caph quidem c uel k sonetur, kuph autē maiori gutturis nisu ædatur, q̄ crassissimæ uocis. Quo sono crediderim ueteres enunciaſſe, & Augustino Iustiano placere animaduertimus, ut קָוֶרֶא Quore, שִׁגְטַּה Quintus, quod Iudæi scribunt שִׁגְטַּה. Cæterum quia uox ista linguae Græcæ

cæ deest, interpretes in cappa mu-  
tarūt, ususq; obtinuit, ut per cuel  
krependañ קְרַבָּנִי Carban siue Cor-  
bona.

**¶** Schin duobus modis profer-  
tur, apice cornibus imposito, etiā  
uocis diuersitatē indicante. Pun-  
ctum enim dextro cornu gestans  
s effertur per crassum stridorem,  
ut si χ, uel sch sono committas. Si  
nistro uero cornu punctello insi-  
dente, acutissimo stridore profer-  
tur, lingua in dentes compressos  
illisa, ut שׁוֹמְרוֹן Schomron, שׁוֹרְשׁוֹן  
schaquær. Id uerterūt interdum in  
s simplex, interdū in ss geminum  
מִשְׁׁיחָה Messiah. Alterum plerunq;  
in s unicum, sicut & prius illud, ut  
שׁוֹרְהָה Sara שׁוֹרְהָה Sur.

**ת** Thau infixo punto aeditur

## INSTITVT. GRAMMAT.

ut th siue ḥ Greorum, תְּבַל Thu  
bal. Carens apice blesorum pecu-  
liarem uocem expetit. Qui sonus  
efficitur, si prima lingua inter pau-  
lulum diductos dētes inferta, uox  
literæ nostræ ſ, uel dſ ædatur, ut  
תְּבָרָה dſoradſo, uel Thoratho. In  
pprijs integre ad nos traductis fe-  
rē in th uel ḥ mutatum cōſpicitur.

Teth, Lamed, Mem, Nun, Res,  
Latinas literas planissime repræ-  
sentat, quæ primæ in ipsorum no-  
minibus conficiuntur, t, l, m, n, r,  
ut יְרוּשָׁלָם Ierusalam, בְּאֵת Bætæn.  
Quum uero dictum fit quinqꝫ li-  
teras aliter effingi per fines dictio-  
num, aliter per media et principia,  
illa tamen hactenus de sonis ele-  
mentorū dicta omnibus locis con-  
ueniunt, ut in נְאֵמָן Nææman, ele-  
mentū

mētum in capite ac calce positum  
retinet eandem uocem.

Literarum sonos & figuras diffe-  
rentes simplici breuitate indicaui,  
quæ omnes quantum ad syllaba-  
rum constitutionem attinet, pro  
consonātibus habendæ sunt. Nec  
enim quibuscunq; literis coniun-  
ctis syllaba conflat, nisi uocalibus  
adsumptis, quæ in numero uigin-  
tiduarum literarum non habētur  
apud Hebræos, sed notis quibus-  
dam extra uersum appēsilibus de-  
signātur. Nam quas literas אַחֲרָא  
grāmatici uocales appellant, absq;  
uocalium punctorum adminicu-  
lo sunt omniū ἀφωνότατα γράμματα.  
Consequens ergo est, ut de apici-  
bus seu punctis dicatur.

## INSTITVT. GRAMMAT.

**H**Ebræi oracula diuina literis  
Had memoriae subsidium com-  
prehendentes literis supra exposi-  
tis utuntur, & præterea multis ua-  
rijsç apicibus. Prophanas autem  
res perscribentes literarum notis  
fermè contenti sunt breuitatis stu-  
dio uocalibus extrinsecus subin-  
tellectis. Quæ ratio scribendi & le-  
gendi ad literatos spectat, nec inci-  
pientes morari debet. Cæterum  
punctorum seu apiculorum pars  
uocalium & diphthongorum mu-  
nere fungitur, pars prosodias no-  
tat. Prioris generis xij. sunt, quo-  
rum x. sub uersu, duo superius li-  
teris applicata uoces primas & ad  
miniculares repræsentat, quas uo-  
cales et diphthōgos appellare con-  
sueuimus. Vocanturç à gramma-  
ticis

ticis passim puncta, uocales, puncta uocalia, motiones, & si quod simile nomen est. In quorum tractatione multa opera grammaticis insumpta est saepe ( nisi fallor ) praeter rationem & citra discemtum comoda. Quapropter de illis etiam q̄breuissime atq̄ clarissime potero, dicam, digerens secundum ordinem uocalium nostrarum a e i o u y.

- Quametz apex literis substratus signat a crassum & pingue ad uocalem o inclinans, ut אָ Adā. Eiusdem soni est ex illo compositum punctum. hatephquametz, sed non eiusdem quantitatis. Illud enim productum a existit, hoc correptum: hoc enim illi punctum præfixum affinget, quod uocatur scheua uel

INSTITVT GRAMMAT.

hateph, id est, rapidū, ut חָפֵחַ Hali.  
Pathah clarum a repræsentat,  
ut חָרוֹאָל Ariel. Eiusdem uocis est  
cum ipso compositum . Hateph  
pathah, sed correptius efferēdum,  
ut עֲמֹרָה Amora, qđ in Gomor-  
rha detortum est.

Tzere gracile atq; rotundum  
e magis declinans ad i quām ad a  
sonatur, ut אֶפְתָּחָה Ephod.

Scheua uel Hateph e tanta lin-  
guæ celeritate corripit in pronun-  
ciando, ut aures propemodū suf-  
fugiat concurrentibus literis quæ  
sine media uocali una comprehen-  
sione proferri possunt, ut אֶבְרָהָם  
Aberahā siue Abrahā. Sic in Ger-  
manica lingua beredt uel b̄redt,  
gemacht uel gmacht indifferen-  
ter pronunciatur,

Sax

Sægol exprimitur e temperatum uocali a, ut conflatam uocem habeat ex a & e, לְמֹךְ Lamæch. Quomodo sonatur iam e Latino rum ἄγλονός Græcorum sequentibus liquidis, ut אֵמָר Aemær. Eodem sono uerum correptiori pronunciatur ex eo compositū .. Hatchephægol, ut אֵפְרַיִם Aephraim.

¶ Hirek unicus apiculus sub literis i uocalem nostram sono æmulatur, ut אֵישׁ Isch יִשְׂרָאֵל Israël.

¶ Holem plerūq; subiectam habet literam uau tāquam basim, ut אֶזֶם Odæm. Enunciatur enim ut o uocalis. Subtracto uau pūctum ipsum ponitur supra uersum inter capita cōiunctarum literarum, sed pertinens ad antecedētem, ut אֶרֶם Odæm. Hic admonendus est tyro

INSTITVT. GRAMMAT.

ciniū ponens huius literaturæ, sæc  
piissime fieri ut unicum punctum  
istud simul uocalē o repræsentet,  
simul schin literæ uocem interstin  
guat, ut יְהֹוָה Hoschea, quasi scri  
ptum esset יְהֹוָה. Etrursum, שֶׁלֶת  
Solet, perinde quasi scriptum esset  
שְׁלֵת.

¶ Schurek punctum est semper  
expetens fundamentū literæ uau,  
cui innitatur, ut יְהֹוָה Duma. Cæ  
terum in explicatione literarum su  
perius dictum est, uau habente uo  
calem adiunctam simulq; punctel  
lum in uêtre, id signare, uti uau so  
no geminati ff pronūcietur, uelut  
יְהֹוָה liffaseru.

¶ Kibutz uox conflata est ex u  
et i; quomodo Galli u Latinum e  
nunciant, aut Græci bene y psilon  
profes-

proferētes, utq; crassius dicā, quoꝝ modo Germani ū diphthongum pronunciant, ut סְכוֹתָה Sucoth uel sycoth, מִלְּיָה mislei.

## DE SYLLABIS.

**T**AM ex literis & cohaerente uoca- li seu apice fiunt syllabæ, sic ut uox literę prior ædatur, & uocalis sonus posterior, ut ב ba, ג ga. Vi-des à literis incipi, atq; in uocalem defini. Similiter duæ literę in sylla-bam constringūtur interiecta uo-cali, ut בְ bar, גְ gam. Vnicum heth in fine dictionis positum ha-bens subiectā uocem pathah, post ipsam enunciatur. Non enim ob aliam causam in hunc modum ad-hibetur, q; ut hæc aspiratio clario-risono possit exprimi, רְ Ruah,

g ū

INSTITVT. GRAMMAT.

non Ruha, מְשִׁיחָה Meschiah, non meschiha. Errāt, qui putant idem obseruandum in litera he quæ est lenior aspiratio : גַּבּוֹהָ enim com-mode profertur gaboha, non ga-boah. Porrò sicut ex literis & uocalibus conflantur syllabæ, ita ex syllabarū connexu dictiones conseruntur, ex dictionibusq; oratio extruit, שָׁמֵר scha/mar, יְרֵבִי Aesch/e/mor de/ra/chai. Custodiām uias meas.

DE PROSODIIS.

**A**lterum genus punctorum fe-ci, quod prosodiarum & accentuum uice defungitur in ludeo rum literatura. Cuius aliquot etiā discrimina sunt, quemadmodum Latinus quoq; sermo aut Græcus uarijs

uarijs prosodijs distinguitur.

Primo Hebræis apices duo sunt uocem literarum uel intendentis uel remittentes, Dages & Raphe. Dages, id est, aggrauatio, punctel lum est singulare medijs literis in= scriptum, indicans intenta uel potius geminata uoce proferendas, ut **דָּוִיד** Dauid, in quo uerbo litera d priori loco uehementius est expri menda **כְּבָשׂ** in calce, quasi scriptum sit Ddauid, **תֵּהִילָה** Thehillæ. Potest autem infigi certas ob causas omnibus literis, præter **אַחֲתָעַר**, quæ gut turis nisu prolatæ istam intentio nem respuunt. Proin talis apex li teræ hæ circa dictiōnum fines im pressus uel subiectus uocatur He bræis mapik, significans literā esse pronunciandā non occultandam

INSTITUT. GRAMMAT.

auribus. Interpretatur nancqz ma-  
pik productiuu, ut גָּבוֹהַ gaboha,  
תְּמָהָ תְּמָה Thomah. Raphe lenimen  
significat, mitigatione, aut remis-  
sionem. Et est lineola transuersa li-  
terarz capitibus superinducta, mo-  
nens literam uberiore spiritu mol-  
literqz sonandam, ut בְּרִיך Berech.  
Olim diligenter apponebatur lite-  
ris istis sex בְּנֵי כְּבָתָן, quum res hor-  
taretur, leni motu organorum uo-  
cis proferendas. Nunc breuitatis  
gratia & compedij pretermittit in-  
scribendo, extrinsecus autem intel-  
ligitur imposta literis, quæcunqz  
notam dages non receperunt in  
gremium suum. Vnde canon ge-  
neralis datur. Omnis litera puc*to*  
dages uacua censetur per proso-  
diā raphe mollita, ut נְסָעִי Ioseph.  
Sic

Sic Græci sermonis uerba in omni-  
bus syllabis enunciādo deprimun-  
tur, quæ acuti aut inflexi toni si-  
gnum non receperunt.

Est etiam lineola trāsuersa in se-  
rie dictionum constringens duo  
uerba sub unū tonum acutū, prio-  
ris dictionis tono expulso מְ-  
מָ- zé נֹ-נְ-מִ- מִ- miquene cæ  
sæph. Græci hanc prosodiā uocat  
נֶפֶר subunionem, Hebrei makaph  
coactiuum seu conclusionem. Est  
præterea uirgula rectissime à uer-  
su descendens, quam uocant mæ-  
thæg retinaculum seu frenum, &  
Amada obijcem, & Gaeia boatū.  
Indicat autem syllabam, cuius lite-  
ris subdita est tractim & quasi cir-  
cunflexo tono enunciandam, ut  
בְּרַבְתָּן bērachtháni. In hac dictio-

INSTITVT. GRAMMAT.

ne syllaba initialis be longiuscula  
mora tenditur, quasi longi tempo-  
ris prosodium haberet assignata. Sylla-  
ba uero tha eleuat acuto to-  
no. Ante periodi signum ponitur  
etiam talis uirgula, sed ea solummo-  
do indicium facit, eam syllabam esse  
profodiæ sedem, quæ in uersu co-  
modius pingitur, ut יְהָיָה dæbær.  
Est enim luculentior scriptio, q̄d si  
ad hunc modū pingatur יְהָיָה post  
quod signum si continentur uer-  
ba, signū absolutæ sententiæ non  
satis conspicuum est.

Quicquid iam præter superius  
dicta literis appingitur apicū seu  
punctorū seu uirgularum, ea pro-  
sodiarum signa sunt, quæ parum  
apto nomine tropos appellarunt.  
Hebrei tum יְהָיָה accentiones seu

תְּהִיאָה

זְגַוָּתָמִ'אֶשׁ uocitant, tum generalio= re nomine טעמי'ת modificationes.

Quibus tria simul aptissime indi= cantur, eleuatio depressoꝝ sylla= barum in legendō, modulationes musicæ, & orationis interstitia, ut distinguantur in commata, cola, & periodos. Posteriora duo perti= nent magis ad profectos in literis.

Quantū attinet ad simplicem pro= nunciationem, qua grammaticus animaduertit, ut una syllaba per acutam uocem elata reliquæ depri= mantur, hoc scire debent Hebrai= cæ linguae cupidi & seduli discipu= li, ubiuncꝝ uiderint notas istas ac centuum siue supra uersum siue in= fra, ibi acuti toni syllabam existe= re, ut נָבָר & רָבָר & נָבָר & רָבָר multaꝝ similia (Sunt enim signa

## INSTITVT. GRAMMAT.

huiuscemodi circiter xxiiij) dabár.  
Quod si occurrat dicitio plures p= fodias amplexata, prima occupat locū grāmatici accentus, ut יְשָׁרֵה lehoschúa. Hoc enim à natura in= stitutum est, ut in dictione una o= mnes syllabæ deprimantur, unica duntaxat acuta uel inflexa, ut In= honorificabilitudinitátibus, solā ta antepenultimam syllabā acuit reliquis om̄ibus depresso. In hoc autem inseruitur auribus, ut acuta uox ultimā syllabam obtinēs gra= ui permutetur in cursu uerborū, quem Græci uocant σωέπερ. Si enim syllabæ acuātur finales dum uerba continuāda sunt, subsultās & insuavis nascit̄ sermo. Ad quā offendam auriū declinandā, que su= pra modū sunt delicatæ, institutū  
est à

est à solertibus sonorū exactorib.  
ut ultimæ syllabæ non acuantur  
uscq; ad terminum aliquem oratio-  
nis puta membrum, aut comma,  
aut periodum, sed dictiones æqua-  
bili tono pronunciētur donec oc-  
currat in sequēti uerbo uel acutus  
uel circunflexus tonus, ut בְּרָא אֱלֹהִים Bereschith barà Elo-  
him. De notis castigationum, ut הַיּוֹבֵל & הַמֶּתֶם suo loco dicetur.

Atq; ista præcepta puto abunde  
facere ad facultatē legendi Hebrai-  
ca parandam, si uel bidui labor &  
studium accesserit. Sed quia non  
omnes studiosi Hebraicæ literatu-  
ræ operam docētis uoce uiua pos-  
sunt habere, qui arbiter legētibus  
adsistens uitia pronunciationis ca-  
stiget, Psalmum secundum no-

INSTITVT. GRAMMAT.

stris literis & prosodijs describā,  
ut uelut ad normam exigant hoc  
exemplo hāctenus de pronuncia-  
tione linguae Israëliticæ tradita.

Lámma rāgeschù goím, uleym-  
mim iğhegu rík, lithiatzebù mal  
chei æ'rætz, uerozenim nōsedu  
iáhad:al(siue gal)lehouà ueal me  
schihó. Nénathequa æth mōse-  
rotheímo:uenaschelicha mimmén  
nu abotheímo. Ioschèb basscha-  
máim lischák: Adonai ığleag lá  
mo. Az iedabér éléimo beappó:  
ubāharonò iebāhalémo. Váani  
nasáchthi malci:al Tzíon har  
quadschi. Asapperá, æl hók, le-  
houa amàr elái, beni átha: Aníha  
ığóm ielidethícha. Scheál mimm-  
énni, uegthenà gó-im, náhalathæ'  
cha:uaahyzâthchà aphsei áretz.  
Thé-

Théroem beschébætbarzél : Ci= chlì iotzèr thenappetzém. Véa= tha melachim hascílu : hiffaserù, schóphthei árætz. lbedù aeth lés houa beiþreá : ueghílu bireadá. Nasschequ bár, pen iāenaph ue thóbedu daérech, ci ijbear cime= àt appó: Aschreì cal hósei bó.

Expressi nostris elementis quic= quid Hebraicis notis scriptum est, nisi quòd scheua interdum præ= terij, quum citra sonum illius lite= ræ bene coalescunt. Quædā haud scio an feliciter possint redi, sicuti litera kuph, ain, iod dageßatum, & similia, nisi quis contentus esse uelit alteri præfixa litera g, altera uero litera conduplicata. Nomen quoq; τετραγράμματον την̄ suis ele= mentis retuli lehoua, unde fluxisse

## INSTYTUT. GRAMMAT.

uidentur obliqui Iouis, Iouem, Ioue, qui nominatiuum Latinæ formæ lupiter neutiquam referūt, sed à Iudæis mutuo accepti uidentur. Iudæi quadā superstitione potius quam religione, hoc nominis diuiní, quod ἀδέσφαρον οὐδὲ ἀνεκφώνιτον existimant, nusquam legunt, sed uice ipsius proferūt Adonai, quod dominum sonat. Abstinent quoq; à scribendo sacratissimo illo quater nione Iudæi extra sacros codices, ne uidelicet nomen dei abs re usurpent: sed loco יְהוָה scribunt יְהָוֵה, uel יְהָוָה, uel יְהוָה. Hoc etiam obseruatum est diligēter à Iudæis, siue permoti religione, siue consu lentes lectoribus, in fine uersuum partem uocis scribāt, partemq; in principium sequentis uersus trāponant.

ponant. Quum ergo spatium extre-  
mum uersus integrā dictionem  
minus recipit, uel litera finali pro-  
tracta longius hiatum explent, uel  
quibusdam literis positis, denuo  
scribunt dictionem integratā suis  
elementis. Quæ res hic commode  
uix potest exemplo demonstrari.  
Vtcunctamē delibabo. Si ueniat  
in extremo uersu scribendū תְּרוּתָה  
אלֹהִים. Nec locus sit capax dictiōis  
אלֹהִים, uel litera thau תְּרוּתָה  
extendetur, uel לְאַ superiorem uer-  
sum claudent, ac sequentis initium  
erit uerbum אלֹהִם. Porrò iudæi  
compendium scribendi sectantur  
etiam, si quid prophani literis man-  
dant: quod in secundo libro aptius  
indicabitur. Iam analogiæ obser-  
uationes ostendendæ sunt breui-

INSTITVT. GRAMMAT.

ter & dilucide. Primumq; dicendum de radice, ut Iudæi uocant, deq; literis radicalibus & seruilib.

DE LEGITIMA VOCVM

primogeniarum inclinatione deq; literis  
formatiuis seu characteristicis.

**O**Mnis uia docendi secūdum  
orationē artemq; instituta so-  
let per notiora in cognitionē igno-  
tarum rerum deducere, quæ uel di-  
scendē rei principia continent, uel  
naturæ nōnullam uicinitatem, ut  
simulachrum quoddam exhibeāt,  
idq; inspiciendum, quod animus  
percipere debet, oculis ex parte  
proponāt. Quocirca progressum  
analogiæ, qua uoces Hebræi ser-  
monis uarijs casibus flexibusq; ia-  
ctantur ad exprimenda sensa men-  
tis,

tis, per ea conabor demonstrare,  
quæ pueris etiam in lingua Latini-  
na, uel Græca, uel Germanica insti-  
tutis perspecta sunt. Hoc em̄ mo-  
do literaturæ Israëliticæ non parū  
obscuritatis & molestiæ adimetur,  
si quid iudico. Nam in omnibus  
linguis per magna ingenia cultis  
& politis (adde barbaras quoq;  
non prorsum neglectas) cernitur  
decreto nature constitutum, ut ab  
una origine cuiuspiam uerbi plu-  
rimæ inclinationes & discrimina  
deriuentur elementorum adiectio-  
ne, detractiōe, aut permutatione,  
certis legibus comprehensa. In ser-  
mone Almanorum thema & qua-  
si matrix deductiōrum nomen est,  
aut Imperatiuum uerbi monosyl-  
labum; cui adiectis, detractis, mu-

## INSTITVT GRAMMAT.

tatis uel literis affinguntur in numero  
ri propemodū habitus. Sit exempli  
gratia primitiuū nomen, **man**,  
quod uirum Latinis sonat. Huic  
adiecta litera s detorquet ipsum in  
gignendi casum **des mans**. Sylla  
ba subiecta transformat in plurati  
uum numerum, **mannen**. Adie  
ctio **h** deflectit diminutiuum inte  
rim uocali a permutata, **mennli**.  
Terminatio **lich** reddit adiectiuū  
& aduerbium qualitatis **manlich**.  
Cui superadditæ syllabæ **er**, & **est**  
comparatiui & superlatiui produ  
cunt gradus **manlicher** / **manli  
cher**. Inde formatur & uerbū nu  
bendi significatum habens **man  
nen**. Praposita particula priuandi  
**on** seu **vn**, plurima quoq; inde p  
eruntur **on manlich** / **on manli  
cher**.

cher. Infinita quoqz cum eo componuntur alia prefixa, alia postposita, schidman/ dritman/ landsman. Manhafft/ manschafft/ manrecht. Et multa alia, quam non sit fœcundissimum nomen. Rursum positio sit Germaniæ deriuationis, à Latinis tamen trâssumpta, schrib, scribe. Inde præsens indicatiui deflectitur præpositis personis, ich schrib. Et in fine sumpta est secundæ personæ terminatione uel et tertiæ personæ, dicitur, du schribest/ der schribet: quæ plerunqz per syncopen efferruntur, du schribst/ der schribt. Pluralis numerus semper exprimitur adiecta syllaba end ad primâ singularem personâ, si modo circuitione tempus illud non cōficiat

h ij

INSTITVT. GRAMMAT.

tur. Tunc em̄ una est uox in omni bus p̄sonis utriusq; numeri. Ich schrib/wir schribēd. Ich schreib/wir schreibend. Ich han gschribben/die hand gschriben. Præteritum imperfectum plerunq; uariat indicē uocalem seu diphthongū, qualis est i in uerbo schrib, ut dicitur, Ich schreib / treib / schreigh/ beis &c. Cui adduntur in calce terminations superiores, du schreibest , aut excluso s plerunque, schreibt/ ir schreibend. Prima etiā persona & tertia singularis in hoc tempore fermē similes sunt, sicut in optatiui modi præterito imperfecto. Præteritū perfectū & plusq; perfectū in omnibus uerbis Germani circuloquuntur per uerbum habeo uel sum, p natura cuiusq; & per

per participiū passiuū preteriti tē-  
poris, quod uel in en definit præfi-  
xa litera g, uel in t, gschribē/gschla-  
gen/gfange / gstraafft/plagt uel  
geplagt/gnōdt &c. Illa in præteri-  
tis unica forma est dūtaxat uerbo  
han uel bin variato . Ich han  
gschriben/der hat gschribē. Ich  
hatt gschriben. Ad hūc modum  
tota coniugatio uerbi passiui ex-  
primitur per huiusmodi partici-  
pium & uerbū substantiuū , Ich  
wird gschribē. Ich ward gschri-  
ben . Ich bin gschriben gsin . Et  
sic deinceps. Futurū indicatiui per  
infinitiuum, qui formatur ab im-  
peratiuo adiecta en syllaba, circū-  
loquūtur & per uerbum substani-  
tiuum, Ich wird schriben. Opta-  
tiui præteritum imperfectum ua-

h ij

INSTITUT. GRAMMAT.

riat etiam mediā uocalem plerūq;  
Ich wet das ich schreb. In quo  
syncerum uersum est in e mixtum  
cum uoce i, quali sono Iudæi pro-  
ferūt scheua per nasum. Prima per  
sona ferē adsumit e literā, das ich  
schrebe: cætera ut in indicatiuo de-  
ducunt. Coniunctiuus per omnia  
tempora & personas exprimitur In-  
dicatiuo præmissa coniunctione  
do uel so &c. so ich schrib/do ich  
schreib / als ich han gschriben/  
nach dem ich hatt gschribē/weñ  
ich wird schriben. Imperatiui ter-  
tia persona fit adscita uocali e, plu-  
ralis numerus iuxta cōmunem le-  
gem per nd. Et pronomē rectius  
postponitur quam contra, schrib  
dit/schribe der/schribend sy. In-  
finitiuus deducitur per adiectas li-  
teras

teras en. Quem modum usurpat  
exprimentes supina & gerundia,  
gon schriben. Qua periphrasi La-  
tinus sermo gaudet scriptum ire,  
schriben werden, scripturū esse.  
Im schriben/vom schriben/von  
des schribens wegē/ es ist zeschri-  
ben, uel concisius zschriben. Par-  
ticipium præsentis temporis dedu-  
citur per end incidens in termina-  
tionem pluralis numeri modi in-  
dicatiui schribend: cui adiecit lite-  
ram nouella quædā elegātia schri-  
bende. Nomen uerbale gestorem  
operis significans declinatur sylla-  
ba er/schriber: et significans τὸ ἔργον  
χόμενον, quod rerū natura permit-  
tit in lich inclinat, schriblich, brüch-  
lich / verderblich : quæ & acti-  
ue interdum significant & neutra-

## INSTITVT. GRAMMĀT.

liter, ein schedlich krieg, non ut sic  
dicā nocibile, sed nocens et incom-  
modatiū bellum. Nomina quo-  
que rem significantia uarijs modis  
deriuantur, *gschrift/tod/gsang/*  
*gschesfft &c.* Quāta uero turba de-  
ductitiorum & compositorum ab  
isto uerbo supereſt. Sed hic ſiſten-  
dus gradus, quū & hæc uelut  $\pi\alpha\gamma\beta\gamma$   
 $\gamma\alpha$  introduxifſe quibusdā fastidio-  
ſis uidear. Ego quidem eò libētius  
iſta retuli, quòd uidentur ad iſti-  
tutum noſtrum facere, in ſuperō  
ad obſeruationem noſtræ uerna-  
culæ linguae non nihil cōferre, quā  
profecto negligere turpiſſimū eſt,  
& exteris linguis tātum ætatis im-  
pendere. Quodq̄ dico de Germa-  
nica lingua, idipſum censeo facien-  
dum ſtudiosis omībus in ſuæ gen-  
tis

tis sermone, ut non minus sibi co<sup>#</sup>  
lendum putent sermonē patriū,  
quam olim Romani se præcipua  
cura & diligentia exercuerūt in ser  
mone suo, cuius usus nunquā non  
erat, stultumq<sup>z</sup> & inutile uiderunt  
Græco sermoni operam magnam  
nauare, nec sibi facultatem popu  
laris eloquij parare. Habent au  
tem aliæ quoq<sup>z</sup> barbaræ linguæ  
suam proportionem, & leges à  
natura fixas, quantum ego potui  
hactenus experiri. De lingua uero  
Latina aut Græca illud ostendere  
superuacaneū foret. Nunc propo  
situm altius ingrediamur. Illa uox  
prima, quæ sobolem numerosam  
ita parit, & genus suum latissime  
propagat, origo dictionum appellatur,  
& parēs, & matrix, & stirps,

INSTITVT. GRAMMAT.

thema, positio, primitiuū, primo-  
genium, utq; loquuntur Hebræi,  
fundamentum, & scaturigo, & ra-  
dix. Literæ autem quibus uerbum  
principale scribit, appellari solent  
uarie, fundamentales, substantia-  
les, principales, originales, radica-  
les, essentiales, naturales, propriæ,  
primitiuæ, primogeniæ. Quæ au-  
tem accedunt propter inclinatio-  
nem, eas uocant famulantes, serui-  
les, ministratorias, accidētales, ac-  
cessorias, aduētitias, adscititias, for-  
matiuas, characteristicae, figurati-  
uas, et si quod est simile uocabulū.  
Cæterum quæ literæ inter flecten-  
dum uelut prefraetæ intereunt eli-  
mināturq; , uocare possumus de-  
cidas, labiles, caducas, reieculas,  
abiectitias, refugas, abstractiles,

exter-

exterminabiles, defectiuas, & similibus appellationibus. Radix autem siue thema dictionis in Hebraico sermone solet esse uerbum actiuæ aut neutralis significationis, temporis præteriti, modi enunciatiui, singularis numeri, masculini generis, tertiae personæ, ut **לְעָזָב** fecit mas. Negat tamen interdum rerum natura, ut sit actio existetibus rebus, ut **בְּשֵׁבֶת** herba. Disputatur est etiam in scholis, actione quandoque ante rem esse, rursumque rem quandoque ante actionem. Iuxta quam rationem ordine quoque naturæ nomina sunt interdu priora uerbis. Verum ut dixi, primogenium Hebraicæ uocis ferè existit uerbum actiuum aut neutrū. Supersunt etiam multa suis partibus & membris de-

INSTITVT. GRAMMAT.

fecta, quæ fortasse possent ex rece  
ptis authoribus integrari, si om̄ia  
contigisset legere, quæ sermone  
sunt Israēlitico descripta. Huius  
generis defectiua plurima cōtinet  
Latinus sermo, & illo redundan-  
tior etiam Græcus.

Porrò uox primogenita si no-  
men sit aut uerbum, tribus literis  
uelut elementis scribitur, quæ sub  
stātales dicunt, qualescunq; sint.  
Pauca complectuntur quatuor li-  
teras. Nulla simplicia uerba qnq;  
literarum Hebraicarum censentur  
à clarissimis grammaticorum, sed  
peregrina, puta Aegyptiorum aut  
alterius gentis exteræ, à qua tales  
uoces cum rebus ad Iudeos migra-  
rint. Cuius generis est in historia  
creationis צְבָרִיאַע significans ani-  
mal

mal Aegypti, quod ranam esse re=cepimus à trāslatoribus. Ea dictio iam in mille formas & species tor=quetur, uel sola mutatione apicū, ut פָעַל fecit, פָעַל opus: uel occasu & interitu literarum, ut יְרֵז descen=dit, יְרֵז descendē: uel adiectione li=terarum circa principium, finem & mediū, ut פָעַל יְפָעַל faciet, יְפָעַל facient: uel simul adiectione atq̄ detractione literarum, ut נְבָח percussit, נְבָח percutite. In qua di=ctione adsutæ sunt duæ literæ he in capite, atq̄ uau in calce. Interci=derūt autem naturales, nun initia=lis, & he finalis. Proinde in explo=randis uerbis ad canones artis grā=maticæ, utq̄ more loquar Hebrai=co, in eruēdis radicibus, pariter ad=uentitię extraneęq̄ literæ sunt am-

## INSTITVT. GRAMMAT.

putādæ, pariterq; radicales si quæ  
defectæ sunt, erunt in locum suum  
restituēdæ. Ut si occurrat תְּבִרְנָה  
exutam litera thau & syllaba תְּנָה  
nudam radicem extrahes שְׁמַר, su  
per qua demum possis etymologi  
ca in consilium adhibere, quid pri  
ma conditione atq; instituto signi  
ficit. Proxima cognitio est, quid  
thau in principio, quid תְּנָה in fine  
affingant. Sic uocem יְנָפֵה percuti  
te, præparabis ad iudicium & exa  
men, si postquam ademeris he &  
uau, postliminioq; reduxeris in  
suum locū nun & he adhibeas di  
ctionarios, qui respondebunt נְבָה  
id sonare, quod Romanis percus  
sit. Præceptiones uero de inclina  
tione uocum aperient, quid mini  
sterij exequatur he in fronte, quid  
uau

uau in occipitio proprietatis conciliet. Sunt autem dictionarij ordinem elementorum cōscripti, ut prima sint uerba, quæ incipiunt ab aleph, & in his prima rursum, quæ proximā literam habēt beth, & sic deinceps. Literæ porrò decidunt diligenter sunt animo impri mendæ, ut posteaquam per inflectionem uocis una uel altera litera fuerit amissa, uelociter mentē per omnia circumferens elementa cedula, uerbum in censuram propositū instaures. A capite uerborum sœpe auellitur nun שׁ גַּן accessit, שׁ גַּן accede. Iod quoq; iam simpliciter abiicitur, iam in uau commutatur, שׁ יְנַחֲשָׁה sciuit, שׁ יְנַחֲשָׁה scito, שׁ הַיְזִירָה notum factio. Aleph rarius perditur אַבָּה di cam pro אַבָּה. E medio protrus-

## INSTYTUT. GRAMMAT.

ditur uau **בָּ** intellexit, **בָּ** intelligens. Idem existimant quidam fieri aleph & iod medium locum obtinētibus, ut **בְּ** dicatur pro **אֲבָ**. Quod scrupulosius traditur, q̄ ut ilius. A fine aufertur he, **הַלְּגָ** migravit, **אַלְּגָ** migrauerunt. Cuius natu-ram imitatur aleph, sed rarissime. Ad hæc quoties litera geminatur, potest semel abiçci dages ceu uestigio in sequēs elementū impresso, ut **סְבָּה** & **סְבָּבָה** & **סְבָּבָה** circumiuerunt. Defectiō igitur themate oblato uarie multipliciter tentādum est ab initio, num à capite reiectum sit nun uel iod, num uau è medio, num he à calce, nū litera duplicata semel omissa sit, num iod uel nun à parte priore atq; à posteriore simul he perditæ sint.

sint. Quam coniecturam adiuuabant interpres & circumstantiarum cōparatio, donec usu rerum istarū parato statim agnoscas, qd detrimenti passum sit uerbū quod libet. Nec minor diligētia & acris inspectio requiritur, ut certa constituatur sentētia de literis, an pro substantialibus, ánne pro adscitijs & formatiuis in oblata uoce accipiantur. De qua re breuius mihi dicendum uideo, q̄ pleriq̄ grammaticorum fecerint, non optime isto pacto cōfidentes huius lingue tyronibus. Rem igitur uniuersam hic summatim cōpletear et iudiciū dirigā: in secūdo autem libro particulas singulatim persequar. Etenim quum sint elemēta sermonis Palæstini uigintiduo, ex eis æqua-

## INSTITVT. GRAMMAT.

tis partibus undecim ppetuò sunt  
essentialia, quæ nullum officium  
grammatici negotij obeunt. Quæ  
comprehenduntur ad subsidium  
memoriæ his dictionibus, חט ספר  
חצץ ענ. Hæ literæ in quacūq; par-  
te uerborū collocatæ pro substanti-  
alibus habēdæ sunt, nec ulterius  
perquirendum, ecquam affectio-  
nem literariam dictioni exploran-  
dæ induixerint. Nam quod semel  
& iterum uice aduentitiarum sup-  
ponuntur, ut quim חצץ ני pro  
חצץ ני scribit, sit per metaplasmū,  
qui ratione compositionis & har-  
moniæ literas interdū mutuo trās-  
sumit. Reliquæ undecim uarie pri-  
mitiuo adsutæ uel una tantum uel  
plures, idq; uel in principio, uel in  
medio, uel ad finem, distinguunt  
tempo

tēpora, modos, personas, formas,  
 numeros, genus : deriuant alia no-  
 mina & uerba: omnium persona-  
 rum utriusq; numeri, omniumq;  
 generum pronomina subnectūt.  
 Inter quas literas iterum hoc discri-  
 minis est, quod ille quatuor שׁבָּלָשׁ  
 ad caput solum thematis adhibitæ  
 famulantur. In media dictione aut  
 fine haud minus ad substantiā per-  
 tinent quam superiores undecim.  
 Quatuor uero בְּנֵי in capite et in  
 calce interdum ministrant: in me-  
 dia dictione substantialium natu-  
 ram obtinet. Porrò tres בְּנֵי ubiq;  
 locorum extrinsecus uel intrinse-  
 cus adhiberi solent. Thau in medio  
 rarissime famulatur, rectiusq; iun-  
 geretur cum בְּנֵי. Vau in calce di-  
 ctionum raro substantialis est, in

## INSTITVT. GRAMMAT.

capite nunquam, in medio s̄epissi me. Iod in meditullio uerborum & ultima parte haud frequēter ad stirpē attinet, in priore parte, nūc radicalis, nunc adnascens offenditur. Principium dictionis uoco, quod est ante literas substātales: finem, quod postpositum est: medium, quod intra primam & ultimam literam essentialēm contineatur. Ut in uerbo **תְּמִימָה** he adiectum est in capite **ת** in calce, thau mediæ uoci est insertum. Radix enim **מַרְשֵׁב**. Quū igitur occur- runt istæ undecim literæ, diligen- ter sunt pertentandæ ac uentilan- dæ. Nec enim semper ministrant, nec semper thematis pars natura- lis sunt, sed ancipitem habent con- ditionem, Quorum officia & ua- rium

riū usum in posteriori libro quan-  
ta fide diligentiaqe potero, conscri-  
bam ad eas literas tanquam ad ca-  
pita redigens totam prope analo-  
giæ rationē. Id quod liceret etiam  
in Græca, in Latina, in Germani-  
ca, in alijs quoqe linguis factitare.  
Sed illud non placuit ingeniosissi-  
mis grammaticorum, ut re tam ua-  
ria & multipliū unū in cumulum  
congesta imperitos rerum adob-  
ruerent. Iudæi aliquanto pruden-  
tius quam nostrates de literis serui-  
libus id tantum tradunt uno in lo-  
co, quod in uerborū & nominum  
inclinationibus nondum usu ue-  
nit. Cæterum ut non conducit stu-  
diosos ante perceptas communes  
declinationū formulas isto nego-  
tio diuexari, sic uidetur in primis

INSTITVT. GRAMM A T.

utile, grammatica re ad hunc modum collecta, indicem præparare, qui memoriam adiuuet res cōprehensas parum diligēter interdum asseruantem: quicq; primis duntat literis imbutum dirigat ad locos præceptionum, quibus separatim explicatur unaquæc; pars analogiæ. Interim in discutiendis uocibus sanctæ linguae studiosi adhibeant in consilium dictionarios, trāslationes, rerumq; præsentium conditionem, donec istius supelleūtis aceruo diuite proposito inde sumant, quod loco explicando maxime deseruiet.

Principia & quasi fontes aperui, ex quibus uocū declinationes certis legib; deriuantur: nunc uerbis in certas classes digestis singulorum

Ilorum naturā & proprietates de-  
clarabo.

## DE PARTIEBUS ORATIONIS.

**V**Niuersitas dictionum è qui-  
bus tanq̄ partibus Hebræo-  
rum sermo extruitur in tria gene-  
ra potest absumi, quorum unum  
cōpletebitur nomina rerū, alterum  
actiones, tertium reliquas uoces o-  
mnes, quæ per se nihil signant, sed  
alijs duobus generib. uelut gluti-  
nū infusa conferunt ad sententiā ex-  
plicandā: quæ consignificatiua so-  
lent appellari. E his uocum discri-  
minibus ars grammaticorū à pri-  
mordijs fuit contenta. Sequenti  
tempore(ut homines ἀλφισκῆτες gau-  
dent rebus inuētis addere) nume-  
rum illum auxerūt, tertium genus

## INSTITVT. GRAMMAT.

diducentes in pronomina, præpositiones, aduerbia, coniunctiones, & interiectiones. Modum etiam uerbi separatim ponētes nomina- runt participium. Ea cura & stu- dium res traditas ampliandi ade- git nostros etiā de sermone Iudæo rum præcipientes, ut totidem par tes orationis constituerent. Quæ res magis ad pondus rerum & la- borem discentium uidetur facere, quam ad scientiam adiuuandam. Vnde cum magistris Hebræis in tractatu negotij huius contentus ero tribus generibus uocum, quo rum duo uoces declinabiles com- prehendunt nomina & uerba, ter tium uero invariabiles dictiones. Etenim si partium orationis summa diducatur in nomina et uerba,

&amp;

& quæ peculiariter dictiones Iudaicis uocantur, cōmode potest sine gulorum conditio explicari.

## DE VERBO.

**V**erbum Hebræis dicitur פַעַל actio. Huius generis est uox significans agere aut pati cum temporis intellectu. Cui subiecta est pars orationis, quā Greci μέτωπον, Latinī participium appellat. Accidentia uerbi sex uulgo numerantur, ordo, forma, tempus, numerus, persona, genus. Cæterū ut omnia planiora exhibeantur, dicam de alijs etiam conditionibus & qualitatibus, quibus natura uerbi continet, de modo, specie, figura, significatione seu genere.

## ORDO.

i y

## INSTITVT. GRAMMAT.

**O**rdinē Iudæi ἡγγ. i. sectionē discretionemq; uocant. Eam possumus aut classem uocare, aut coniugationē, aut inclinationem Gr̄ecorum imitatione. Nihil enim aliud est quām norma, secundum quam uerbum in uarios uultus & habitus transformatur. Eam Gr̄eci discernūt indicio pr̄äsentis temporis indicatiui modi, ut πιπηω habens πη literas ante ο statuant pri- mae inclinationis, λιγω uero habēs literam γ decernant secundae incli nationis. Latinorum quidam con iecturam inclinationis collegerūt ex persona secunda indicatiui mo di pr̄äsentis temporis. Maxima ue ro pars e uocali ante re infinitiui terminationē. Alemanicæ linguæ coniugationum formulæ cōstitui possent

possent iuxta uocales uel diphthō  
gos imperatiui, **fach** / **heb** / **scrib** /  
**louf** / **būw** : quibus adīcerentur  
suæ diphthongi, **wārch** / **bieg** /  
**heiſ** / **hōr** / **kouf** uel **kauf** uariata  
dialecto, **flūch** / **flūch**. Refert etiā  
an consonās simplex ponatur, an  
gemina. Ex quibus nascitur inter  
inclinandum discriminē. Haud ab  
similiter Hebræi coniugationis in  
dicium colligunt ex literis, quibus  
scribitur primitium, prout obser  
uatione cognitæ sunt per coniuga  
tionē perdi, mutari, repeti, aut fir  
mo gradu persistere. Vnde for  
mulis inclinationū indita sunt etiā  
nomina, ut alia dicantur integra,  
alia defectiua, alia supprimētia ele  
mentum, alia literam geminantia,  
alia quadrata. De numero autem

## INSTITVT. GRAMMAT.

coniugationum seu classium siue ordinū contrauertitur inter grammaticos, quū uiam inflectendi eandem proponant. Mihi rem exactius consyderanti plana & optimam rationem sequens distinctio formularꝝ inclinandi uidetur, quā Moses Kimhi fermē secutus est, ut octo ponantur classes atqꝫ coniugationes. Prima esto uerborū pectorum, quæ literas substantiales tenacissime retinet, nec ullam sinit desciscere, ut שׁ פּ uisitauit. Sunt autem quæ nec primam radicalem habent iod uel nun, nec ultimā he, nec aliud eiusmodi sequentium coniugationum. Secūda uerbis à nun incipiētibus assignetur, quod inflectendo saepe occidit, ut שׁגּ accessit, שׁגּ accede, שׁגּ admo uit.

uit. Tertia debetur literā primam  
iod habentibus, quæ interdū per-  
ditur, interdū in uau permutatur,  
ut יְרֵא descēdit, יְרֵא descendē, חֹזֶק  
deduxit. Cum his aliquid cognas-  
tionis est primā literam aleph ha-  
bētibus, ut אָבָרִיךְ dicā pro אָבָרִיךְ &  
אָסִיתָה addā pro אָסִיתָה. Quarti or-  
dinis sunt uerba medium radicis  
uau habentia, ut בְּזִין intellexit, בְּזִין in-  
telligens, הַבִּין erudiuit. Quibus  
propinqua censemur nōnulla per  
iod uel aleph circa mediū scripta,  
ut רִיחַ odoratus est, קָאֵם surrexit.  
Est tamen alia conditio istorum,  
quām literam uau habentiū, quan-  
doquidem litera iod uel aleph nō  
natura, sed quodā casu inest ipsis.  
Nam ab origine prima istis elemē-  
tis scripta, inter inflectēdum haud

## INSTYTUT. GRAMMAT.

amittunt, ut אֵב simultaneous gessit,  
בָּאֵב hausit. Ad quintū ordinem  
pertinent, quæ in he desinunt ple-  
runq; intercidēs, interdum in iod  
uel thau euanescentes גַּלְעָד reuelauit,  
גַּלְעָד reuelarunt, גַּלְעָד reuelauit fœ-  
mina, גַּלְעָד reuelastis. Horum na-  
turam sapiunt in aleph terminata,  
ut קָרָא uocauit, קָרָא uocauisti, au-  
ribus sonum aleph nihil sentienti-  
bus. Sexto in ordine collocantur  
secūdam radicis literam geminan-  
tia, quæ interdum integra existūt,  
sæpiissime uero duplicatā literam  
abīciunt, ut סְבִבָּה סְבִבָּה circumiue-  
runt, סְבִבָּה circuisti. Quæ primam  
& secundā, uel primam & tertiam  
similes habent, non sunt eiusdem  
generis, ut עַלְעַל deglutiuit, עַלְעַל per-  
rexit. In septimā classem pertinent  
simul

simul à iō d uel nun incipientia, &  
 in he desinentia, ut interdum per-  
 dant & primam & nouissimam li-  
 teram iuxta consuetudinem supe-  
 rius expositarum cōiugationum,  
 ut יְרַח direxit, הָזֶר dirige; in quo so-  
 lum res de substantia superest, sic  
 נִכְתָּה percussit, נִכְתָּה percute. Quę imi-  
 tantur elementum aleph alterutro  
 in latere habentia, אֲפָתָה coxit, תְּאֵן co-  
 quam, אֲגַע timuit, גַּעַמְתָּה timuimus.  
 Octauii ordinis cēsentur, quae con-  
 stant quatuor literis substantiali-  
 bus, idq; diuerso modo. Vel enim  
 singuntur ex superiorum coniuga-  
 tionum uerbis una uel duabus li-  
 teris duplicatis, ut בְּנִפְלָל & בְּנִפְלָל ceci-  
 dit, גְּלִיל & גְּלִיל rotavit, uel primo-  
 genia sunt quandoq; nulla repeti-  
 ta litera, ut בְּרִסְמָה proruit suū ritu.

INSTITVT. GRAMMAT.

His accensentur, quæ duabus literis geminatis euadunt quinqz literarū, ut קְבָרַת intumuit sicut fermentum.

Ad extremum illud est in generare notandum, quædam uerba extare in pluribus ordinibus nō uariata significatione, quemadmodum Latini dicunt feruere & feruēre, lauere ac lauare. Id Græcorū sermo frequētius admittit. Multa quoqz huius generis collegit David Kimhi, ut in secundo libro indicabitur. Quam licet interim uocare coniugationis heterosim, ut כֹּה & סֹפֶה desijt, נִסְחָה & לְקָחָה accepit, וְלִזְרָנְכָה לְמָחָה iuit, נִתְחַדֵּה & נִתְחַדֵּה dedit. Proin quoties uerbum dandi, uel accipiendi, uel ambulandi suis literis truncatum occurrit,

non

non iam ad radicem לְקָחַ aut ḥāl̄r̄  
reducere par est, quæ in perfecto-  
rum formula inclinantur, sed ad  
themata illa, quæ primas literas a-  
mittunt.

## CONIVGATIO SIVE RE-

*ctius forma uel species.*

**A** Ltera conditio uerborū בִּנְשׁוֹן structura seu ædificatio dici-  
tur, nimírum quòd per eam uerba  
extruantur, & per uarios habitus  
tum uocis tum significationis mul-  
tiplicia fiant. Nostris placuit uoca-  
bulum coniugationis, quod nor-  
mam declinationis Latinis repræ-  
sentat. Magis fortasse quadraue-  
rit appellatio formæ, uel speciei,  
uel significationis, uel deriuatio-  
nis. Complectitur enim duas uer-  
k

## INST I T U T . GRAMM A T.

bi qualitates, quæ in literatorū disciplina ferè dicuntur forma & genus: quæ planè uidētur species seu formæ deriuatiuorum, quibus uerborum proprietas et modus significandi uariait, ut **τέττα** in primitiua specie significat, secutus est: mutata specie **τέττα** insectatus est signat, ut frequētatiuum appellari possit. Iterumque transformatum **τέττα** ex actiuo redditum est passiuum: quod Græce melius reddi potest **θετικόν**, id est persecutionē tolerauit. Hic quoque non probe cōuenit inter grāmaticos super numero formarum, alijs quinque ponentibus, alijs nouem, alijs septem, plerisque octo ponentibus. Quorum rationes alibi referā totum hunc locum penitus discussiōns, in quo uel ma-

xima

xima uis et copia sermonis Hebraici reposita est. In presentiarum sat fuerit nouisse, per hoc uerborum accidens proprietatem & significatio[n]is modum transfigurari. Cæterum subducta ratione septem uidetur omnino species præponendæ, quarū uim celebriorem, quam uerbis accommodant, pro incipientium eruditione hic tradam, absolutiorem discussionē posteriori libello reseruans.

PRIMA uocatur leuis, in qua uerbum simpliciter significat actiue aut neutraliter. Sub qua forma dictiones fermè in lexica sunt relata, ut **בָּעֵל** fecit, **שָׁגַן** accessit, **יָדַע** nouit, **בִּין** intellexit, **שָׁנַח** egit **וְיָדַעֲתָה** totundit, **שָׁנַחֲתָה** inclinavit. Similia sunt hec Latinis uerbis formæ perfectæ a-

INSTITUT. GRAMMAT.

Etiui aut neutralis significatus. Ple  
runqz sunt primogenia, interdū,  
ut supra dictum est, à nomine de-  
ducta, ut ab חָבֵב. i. sapiēs deriuatū  
uolunt, חָבֵב sapienter egit.

SECUND A uocatur nipheal à no  
bili uerbo ad hunc modum figura  
to גַּפְעַל, in qua uerba significant  
proprie pati. Formatur autem per  
nun formatiū literam capiti præ-  
fixam, גַּבְעָן intellectus est, גַּפְעָן uisi  
tus est.

TER TIA uocatur piel, & grauis,  
& dagesstata: quæ formatur uoca-  
liū mutatione, punctiq dages im-  
pressione, si media radicis litera sit  
capax eius puncti, ut בְּהִת בְּשָׁר. Qd  
si media litera dages repudiet, sub  
prima litera tzere longa uocalis in  
uicem illius supponitur. In hac for  
ma

ma talem uim adsumūt uerba, ut si  
gnificant agere uehemēter ac mul-  
tum, unde consequatur opus du-  
raturū, בָּרְךָ uberrime fortunauit,  
מִתְּבָרֵךְ uiribus totis aperuit, adeo ꝑ  
per uim effregit, ut in posterum  
haud temere claudatur. Quædam  
in prima forma neutraliter signifi-  
cantia, hic euadunt actiua transiti-  
ua, שְׁפֹחַ lætus fuit, שְׁמֹה exhilara-  
uit. Verba quarti ordinis haben-  
tia mediā literam ūau, tertiam radi-  
calē geminant, קָוָם surrexit, שְׁמֹם  
erexit.

QVARTA pual uocatur, & sem-  
per significat passiue, actiuo tertiae  
speciei existente. Formatur etiam  
ut superior, mutatione uocalium  
thematis & dages mediæ radicis  
inserto, modo nō respuat: alioqui

k ij

INSTITVT. GRAMMAT.

longum punctum ad primam ra-  
dicis positum supplet defectū api-  
cis, שָׁרֵךְ planissime uisitatus est,  
חַמְתַּשׁ exhilaratus est, בָּרֶךְ fortuna-  
tus est locupletissima benedictio-  
ne. Verba quarti ordinis eodem  
modo formantur ad hanc signifi-  
cationem passiuam, quo ad proxi-  
mam actiuam, geminata uidelicet  
ultima radicis litera. In hoc diffe-  
rentia est, quod actiuum habet uo-  
calem tzere, passiuū habet pathah,  
עֲמֹתָם erectus est.

QVINTA uocatur à uerbo nobis-  
liore הִפְּהֵיל hipheil. A nostris no-  
minatur etiam secundo transitiva,  
& à uī significādi, fecit facere. Ver-  
ba nancę in ipsam deducta, si fuer-  
int prima origine neutra, sient  
transitiua: siñ fuerint transitiua in  
forma

forma primitiua, hic bis transitiua euadunt, ut per medium efficiens inferatur affectio, uel ut crassius dicam, significant impellere atq; adi gere aliquem ut agat, & omnino authorē esse operis. Formatur autem per he radici præfixum, & i od ante ultimam substantiæ literā insertum, ut שׁ reuersus est, חַשְׁיבָן reduxit, שׁבָּר custodiuit, שׁמֵן fecit custodire, hoc est, non quidem ipse custodiuit, sed uel imperio uel precibus, uel precio, uel alio quo uis pacto effecit, ut aliis custodiret, קָבֵל comedit, קָבֵל fecit comedere, hoc est, author comedendi fuit uel cibos subministrando, uel suadendo, uel ad edendū inhortando.

SEXTA hapheal dicta proximæ

k iiiij

INSTITVT. GRAMMAT.

actiuæ passionē recipit. Eius q̄c̄ li-  
tera est formatiua he, sed cum alijs  
uocalib. ut יְהִי intellectus, חָבֵן eru-  
diuit, חָבֵן eruditus est, בְּרַת excidit,  
חָבֵן fecit excindere, חָבֵן factus  
est excindere uel excindi, hoc est,  
quorundam opera procuratū est,  
ut extirparetur.

SEPTIMA uocatur hithpaal, & re-  
ciproca, & retransitiua. Passio em̄  
reflectitur in agens, ut pariter acti-  
ue atq; passiue significet uerbum,  
idemq; sit agens atq; patiens. Quā  
energiā una uoce exprimere omni-  
bus linguis negatum est, nisi quæ  
cognitionem propiorem habent  
cum Hebræa. Coguntur autem al-  
terius sermonis homines uti uer-  
bo & pronomine. Quod em̄ Lati-  
ni dicunt, mortem sibi consciuit,  
Heb.

Heb. promptissime dicit **הַתְמִיתָה**,  
 hoc est, interfecit se uel moerore,  
 uel laqueo, uel fame, toxicō, ferro.  
 Procreatur ex thematis substātia,  
 si cōiugationis piel infinitiuo cha-  
 racteristicæ literæ **רֵא** præfigantur,  
**פֶּא** infinitiuus est tertiae formæ,  
 quæ piel & dagessata nominatur.  
 Inde fit **חַטֹּפְךָ**, uel **חַטֹּפְךָ** uisitauit  
 seipsum siue à seipso uisitus est.  
 Prima radicis etiā dages adsumit,  
 si una istarū sex fuerit. **כָּשׁ כְּפָתָה**. Infi-  
 nitiuus tertiae formæ **בְּרִנָּה** est. Vn-  
 de huius formæ trahitur uerbum  
**קָוָם חַבְרוֹד** seipsum benedixit, **קָוָם**  
 erigere significat à **קָוָם** surrexit,  
**קָוָם חַסְכּוֹם** seipsum erexit. Fit etiam  
 metathesis characteristicæ thau, ut  
 post primam literam substātialem  
 inseratur, si quatuor istarum una

INSTITVT GRAMMAT.

fuerit וְצַדְקָה, ut צַדְקָה custodiuit  
seipsum, seu cauit sibi: quod aures  
magis probant, utpote ἐνθωνόταροι,  
quam צַדְקָה.

OCTAVA nominatur quadrata,  
quam formari putant in omnium  
ordinū uerbis litera uau post pri-  
mam thematis infulta, ut פֵּרֶךְ lite-  
ris quatuor expressum. Cæterum  
ui et modo significādi nihil dissen-  
tit à tertia forma & quarta, in qui-  
bus duratio effectus & perpetui-  
tas intelligit. Nec temere aliud uer-  
bum iuxta istam speciem declina-  
tum offendes, quam ordinis quar-  
ti, ut litera duplicata uicem gerat  
punctī dages. Proinde non absur-  
de istam formā sub prioribus con-  
cludūt solertissimi ludæorū magis-  
tri, ut uerbis mediā literam essen-  
tialēm

tialem uau habentibus eadem sit,  
que aliarum classium uerbis tertia  
uel quarta.

Hactenus formas septem exposui pro captu prima rudimenta posse nentiū in Hebraico sermone, quibus uerba transformantur in uarios significationū habitus, in quibus non raro enallage contingit, ut in secūda, uel tertia, uel quinta, uel septima forma idem significatur, quod in prima, præsertim in uerbis carētibus parēte, aut à neutralibus prognatis, ut **תְּבִיבָה** prælia tus est, **תְּבִיבָה** germinauit, **תְּבִיבָה** proiecit, **תְּבִיבָה** orauit. Penitus tamen rem considerantibus, & in his & in similibus natura speciei, quam induerunt, apparebit.

Sub hoc uerborū accidente com-

## INSTITVT. GRAMMAT.

prehendi specie & formā satis iam  
liquet, adde genus etiam uerbi, ut  
mos Latinus appellare obtinuit.  
Omne uerbum enim uel primiti-  
uum est, uel deriuatium. Prima  
uerborum forma plerūc̄ est ori-  
go uocis, ut species primitua co-  
gnominari possit. Cæterum siue  
primogenitū uerbum sit siue à no-  
mine prognatum, aut actionem si-  
gnificat quæ intra agens consumi-  
tur, aut in aliud extenditur. Prio-  
ris generis Hebræi uocant exeun-  
tia uerba, Latini actiua transitiva,  
ut כָּבֵד custodiuit, שָׁבַר confregit.  
Posterioris generis uerba dicuntur  
Iudæis st̄itia, Latinis neutra, Græ-  
cis αὐταράδη per se passiua, ut לְלִכְדָּה  
iuit, שָׁמַע sedet, שָׁנַן dormiuit. Dor-  
miat enim quis etiā Endymionis  
somnum,

somnū, nemo tamen praeter illum  
qui dormit, aliquo modo afficit.  
Vnde à stantibus uerbis iuxta re-  
rum naturam passiua nō possunt  
rite singi, ut **הַלְּגָנָה** figurent id sonat,  
quod **הַלְּגָן**. Germani etiam id uer-  
bi uoce passiua enunciant, **Er ist**  
**gangen**. Tertia & quarta forma  
exhibit nobis frequentatiua. Re-  
liquas autem deriuatorum species  
Latini, Græci, aut Germanici ser-  
monis, ut inchoatiua, desyderati-  
ua, diminutiua, imitatiua, non nisi  
uerborum circuitu eloquentur, ut  
**בְּזֹהֲלֵל חִטּוּת** incipit calere, pro inca-  
lescit, **חַפְץ לְכֹחֶב** appetitum habet  
ad scribēdum, pro scripturit, **בְּזֹעַט**  
**שׁוֹרֵד** parum canit, pro cantillat,  
**בְּזֹרְךָ אַבְיוֹן** **הַלְּגָן** ambulat in uia pa-  
tris sui, pro patrizat.

## INSTITVT. GRAMMAT.

## TEMPVS ET MODVS.

**M**Odum & tempus duo uerborum accidentia sub unum nomen concludunt ludæi γένος, qd definitionē atq; determinationem sonat, maxime temporis. Ea sunt numero sex, præteritum, præsens, medium, imperatiuus, infinitiuus siue origo, & futurum. Quidam curiosius quām diligētius tria dun taxat, præteritum, imperatiuum, & futurum appellatione uerbi dignantur, reliqua tria nominibus accensent: Quæ cōtrouersia est alterius temporis & loci. Nūc enunciations uerbi haud inepte in sex discrimina distinctas aperiam, Latini sermonis consuetudine adhibita. Sex enim istis siue modis siue designationibus Hebrei eloquuntur

tur non incōmode, quicquid Romanī & Graeci tanto agmine temporum & modorū, præsenti, præterito imperfecto, perfecto, plusque perfecto, indefinito, futuro, indicatiuo, imperatiuo, subiunctiuo, precatiuo, potētiali, infinitiuo, gerundio, supino, participio, & si quis aliis est præter illos. Differentia vero modi à tempore uidetur, si naturæ institutū in loquendo intueamur, quòd tempus (ut nomen præse gerit) definit actiones an præterierint, ánne instent, an futuræ sint: Modus autem habitū & quasi propositum loquentis designat. Aut enim quid fiat, quid factum sit, quid impendeat, enunciamus, aut iubemus, aut desyderiū & uotum nostrū prodimus, quid fieri

## INSTITVT. GRAMMAT.

placeat, aut actionem actioni conserimus, aut rem cum actione concretam producimus, aut actionem significamus nullis personarū & numeri circumstantijs implicitam. Quos animi conatus uarijs locutionibus istae cultissime linguae produnt: sacrum eloquium uerbis parcum, rebus stipatum & densum, pauculis enunciationibus omne illud efficit.

Ordine naturæ primum locum obtinet præteritum, quod usu & uirtute refert nostrum præteritum indicatiui modi. Aliquoties etiam præteritum imperfectū, aut plusq; perfectū, quod deprehēdere oportet ex toto sermonis textu, quemadmodum uerbum **רָאַת** uisitauit Gene, xxi, refert præteritum imperfectū,

prefectū: Dominus autē uisitabāt  
Saram. Esdræ 1. præteritum per-  
fectum: Ipse uisitauit me. Ruth 1.  
plusq; perfectū: Quoniā uisitaue-  
rat dominus populum suum.

Præsens una uoce omnibus per-  
sonis accommodatur sicut partici-  
pia Latinorum & Græcorum, ut  
uarie aptatū orationi primam se-  
cundam tertiamq; personam uer-  
bi temporis præsentis exhibeat in  
actiua & passiua significatione, ut  
**שׁוֹבֵר** custodiēs uel ego custodio,  
tu custodis, ille custodit, **גָּמְלֵר** φυ-  
**λασσόμενος** qui custoditur, uel custo-  
dior, custodiris, custoditur.

Medium peculiariter nominare  
placet, quod insigniore uerbo ap-  
pellant Paul, quū superior etiam  
modus præsentis tēporis medium

## INSTYTUT. GRAMMAT.

dicatur à grammaticis. Significat autē passiuē licet à solis actiuis de-  
scendat, effectu pendēte inter præ-  
teritum præsens & futurum tem-  
pus, ut בֵּית בְּנֵי domus extructa e-  
tiamnum superstes & nimirū du-  
ratura in posterū. Quibus respon-  
dent Latinorum, & Græcorum,  
Germanorumq; participia præte-  
riti temporis passiuæ significatio-  
nis, necnon uerbalia nomina, que  
passionem innuunt, קָרְוִיא uocatus  
אַמְלָאָה וְלֹא siue κλητός, cui olim indi-  
tum est nomen, & adhuc retinet.  
Sed אַמְלָאָה וְלֹא uocatus fuit quondam,  
& iam actio expirauit.

Imperatiuus perinde usui est He-  
breis atq; Latinis, אַמְלָאָה וְלֹא uisita. Nec  
solū imperat, sed precatur etiam,  
אַמְלָאָה וְלֹא rem feliciter geras, ut res-  
gi

gi acclamatur, uel serua obsecro.

Infinitiuus sine personarum, temporis, numeri, aut sexus discrimine agere uel pati significat, פְקֻדָּה uisitare, הַפְקָדָה uisitari. Cum hoc loco quendi modo familiariter consueuerunt literæ quatuor בְּבִלְסָם, qui bus in capite assutis mira elegātia & breuitate ludæi exprimunt, qd gerundijs, supinis, & subiunctiuis cæteræ nationes loquuntur. Præcipue gaudet literæ lamed præpositione, quæ ex abundantí særissime adiicit, אֵין אֶלְאָל לְשֹׁאֲלָן non posteroferre. Infinitiuus gerundium absq; præpositione interdum pollet, שְׁמֹר uel לְשֹׁמְרוּ custodiendū est, hoc est, seruare oportet, בְּפִלְלָה in uisitādo siue inter uisitandum, dum uisito, quum uisitem, quum

## 3 INSTITVT. GRAMMAT.

uisitarem, quum uisitauero, & de-  
inceps per omnes personas, & nu-  
meros ad finem pronomine affi-  
xo, **בְּשָׁבֵךְ אֶרְאֵי**, quum ego uoco, **בְּשָׁבֵךְ אַהֲרֹן צִדְקָתְךָ**. In conuertendo do  
minus captiuitatem Zion, facti su-  
mus consolati, hoc est, dum cōuer-  
teret captiuitatem. Hunc Hebraic-  
um Grēci felicius exhibent, qui  
articulis & præpositionibus ante  
infinitium positis, & casu uerbi  
postposito ita loquiuntur, **εἰ μὲν οὐ πα-  
τέρας αἱ κύριοι τὰς αἴχματα σιαρσιώρ.** **לְפָנָן**  
ad uisitandum, uisitatum, gratia ui-  
sitandi, ut uisitet, ut uisitaret, **בְּפָנָן**  
secundum uisitādum, iuxta uisitan-  
di actionem, quum uisitaret, **בְּפָנָן**  
a uisitando, uisitatu, eo quod uisi-  
taffet, postquam uisitauerat, ex ui-  
sitando, magis quam uisitando, &

similia, prout circunstantiae dictabunt, iam præpositione mem tem pus insinuante, iam causam, iam cōparationem & excessum.

Futurū usu conforme nostro futuro existit וְפָקַד אֶת־פָּנָיךְ uisitabo, יְפָקַד אֶת־פָּנָיךְ uisitabunt, וְפָקַד אֶת־פָּנָיךְ uisitabere. Non raro locutionem optādi exhibet, וְכֹה ueniat, dies domini uidelicet, ut Esaias in persona impiorum dicit. Deprecandi etiam uim habet, וְאֵל תִּתְּנַזֵּב ne des, siue ne dederis. Modum quoq; potētialem exprimit, terminū oceano statuit, quem nō præteribit, seu præterierit, hoc est, præterire non poterit. Ponitur uice præteriti imperfecti, uice imperatiui, uice coniunctiui. Super qua heterosi modorum sic notandum est. Per frequens est Israëliticæ lin-

INSTITVT. GRAMMAT.

guæ futura ponere uice præterito  
rum, & contrà, coniunctione uau-  
istam permutationē administran-  
te. Si enim preteritis anteponatur  
cum uocali scheua aut schurek, uer-  
tit in futura, accētibus etiam ex pē  
nultima in ultimam translatis, ut  
**שְׁמַרְתָּ** custodiui, **וְשִׁמְרָה** & custo-  
diam. Sin futuris præfigatur con-  
iunctio uau cū uocali pathah, aut  
kametz ante aleph, reducuntur in  
præteritū, ut **יָאָכַרְתָּ** & dixit,  
& benedixi. In narrationibus au-  
tem citra conuersiūæ particulæ ad  
ditamentum antecedens uerbum  
in suam naturam pertrahit succe-  
dens uerbum, quando sermo lon-  
gius protrahitur de re eādem, ut  
futurum retrahatur in præteritum,  
contraq; præteritum in futur; tem-  
pus

pus promoueatur. Non raro futū  
rum præter istas duas rationes lo-  
co præteriti usurpatur maxime im-  
perfecti. Supplet quoq; imperati-  
uum, qui nec tertiam personā præ-  
sentis habet, nec futuri ullā enun-  
ciationem; ut necessitate futurū ui-  
ce imperatiui sæpiissime trāssuma-  
tur. Infinitiuus autem quum solu-  
tus sit à circunstantijs, opportune  
collocari potest pro personis oīi  
bus utriuscq; numeri omnium tem-  
porum seu modorū. Præter hæc,  
prophetæ non solum iure orato-  
rio, sed licētia propemodum poē-  
tica tempus pro tēpore, modumq;  
pro modo usurpant. Quod præ-  
sens locus in quem incideris, ad-  
monitū iam haud difficulter edo-  
cebit, ut cernas imperatiuum loco

INSTITVT. GRAMMAT.

futuri quandoq; posatum, quan-  
doq; aliam uicissitudinem intro-  
ductam ornandi & grauius dicen-  
di gratia.

Si quis iam cupiat rem Latinam  
æstimare cum Hebræa, liquidum  
est, sex modis Hebraicæ linguæ ua-  
rie adhibitis illud uniuersum expe-  
diri, quod aliæ linguæ totmodis  
& temporum distinctionibus ex-  
primunt. Necq; uero ista utriusq;  
sermonis comparatio superuaca-  
nea uidetur. Indicatiui preteritum  
perfectum, imperfectū, plusq; per-  
fectum unicum prateritū Hebraic  
i idiomatis repræsentat: cuius na-  
turā, ut supra demonstrabatur, fu-  
turum quoq; æmulatur. Præteri-  
tum etiam imperfectum periphra-  
sticōs redditur ad præsens tēpus,

adsum-

adsumpto uerbo substantiuo, ut  
fuit ascendēs, pro ascendebat. Præ  
sens tempus uerbi & participium  
uno Heb. linguæ modo enūcian-  
tur, קְרַזֵּא uocans, & uoco, uocas,  
uocat &c. Futurū tempus planissi-  
me nostro respōdet. Imperatiuus  
secūdam personam præsentis con-  
tinet: reliqua per futurum resarti-  
untur. Optatiuus per futurum &  
imperatiuum suppletur, aut circui-  
tu uerborū etiam per infinitiuum,  
תְּנִזְנִיתְךָ ? רְאֹתָךְ quis dabit uidere, pro  
utinam uideam, uel ô si uideam.  
Coniunctiuus aptissime per infi-  
nitiuum exprimitur. Interdum &  
per futurum & præteritum sub-  
iunctiuæ orationes enunciantur,  
רְבָא אֶלְיוֹן אָמֹר לְךָ. Et uenit ad me, et  
dixi ei, pro , quum uenisset ad me,

INSTITVT. GRAMMAT.

illi dixi. Gerūdia & supina in modo infinitiui natura cōprehenduntur. Participium à nostris separatim tractatum Hebræi ut modum actionis enunciandæ uerbo subdunt, קורא uocans, קורא uocatus, נקברא qui uocatur.

N V M E R V S.

**N**Vmeri uerborum duo sunt, singularis, ut פָּסַר uisitauit: pluralis, ut פְּקָרִיא uisitarunt, אָמֹר dicens, אָמֹרִים dicentes.

P E R S O N A.

**Q**Uam in omni sermone tria consideretur & concurrat, is qui loquitur primum, secundo is ad quem sermo uertitur, tertio de quo dicitur, Hebræi quoq; tres perso-

personas habent, sed non ordine  
collocatas nostro, nec uocatas ex  
ordine impositis nominib. Quam  
enim uocamus tertiam personam,  
ipſi locutionem ad non apparen-  
tem appellant, **פָּנָא** uisitauit: quam  
secundam nos, ipſi locutionem ad  
præsentem seu inuentum, **פָּנָא** ui-  
sitauisti: quam nos primam perso-  
nam ut originem sermonis uoca-  
mus, ipſi uocant locutionem de se  
uel ad seipsum, **פָּנָא** uisitauit. De  
impersonalibus aliâs dicetur.

## GENVS.

**N**On hic generis appellatione  
utimur, ut quum uerbi signifi-  
cationes genera dicuntur actiua,  
neutra, passiua, deponentia, com-  
munia, quæ ad formæ seu speciei

INSTITVT. GRAMMAT.

tractatum spectant. Sed genus accepimus, ut in nominibus, pro sexus discrimine. Hebraicus namque sermo pro suo more sexū dirimit in uerborum quocque personis, quae res ambiguitatēm sepiissime tollit. Sunt autem genera tria, masculinum, fœmininum, commune. Persona loquētis, quam nos primam uocamus, semper est cōmunitatis generis, ut פָּרוּץ uisitaui, גָּדוּץ uisitauimus. Similiter tertia pluralis præteriti temporis, גָּדוּצָּה uisitarūtam fœminæ quam mares. Aliās in secunda & tertia persona sexus distinguitur, פָּרוּצָּה uisitasti mas, פָּרוּצָּה uisitasti fœmina.

FIGVRA SEV COMPOSITIO.

**V**erba Hebraica nō coalescūt præpositionibus, eo quod licet

teris præpositiuis alioqui multifa-  
riam utentes sœpe in ancipitem si-  
gnificationem inciderent, sed iun-  
gunf præpositiones ad casum uer-  
bi, ut לְחִיבֵל iuit ad templum,  
pro adiȝt templum, מִחִיבֵל חֶלֶב ex  
templo iuit, pro templo egressus  
est. Interdum præpositio κατ' ἀφαίρε-  
σιν ablata extrinsecus intelligitur,  
וְאַתָּה iuit in urbe, ad urbem, ex ur-  
be. Traduntur autem à grammati-  
cis בּוֹרְכָבוֹת composita & anomala,  
quæ constantur ex duabus ra-  
dicibus seu primitiuis, uel ex duo-  
bus uerbi accidentibus, quorum  
uim & significationem pariter ge-  
funt. Ex duobus uerbis compa-  
Etum uidetur מִקְלָלָנוּ Ierem. xv.  
ex קָלָל maledixit, atq; לְהַלְלָנָה uilipen-  
dit. Significat ergo quantum illa

## INSTITVT. GRAMMAT.

oratio : Contemptui habet me, si  
mulç conuitijs insectatur. Ex dua  
bus uerbi qualitatibus conflatur,  
ut יְבָרֶחַ Psal. viij. quod coagmen-  
tatum uidetur ex יְרֹאַת perseque-  
tur primæ formæ, & יְרֹאַת insecta-  
bitur grauis formæ seu frequenta-  
tiuæ. Significat igitur miro cōpen-  
dio loquendi, persequetur & qui-  
dem uehemēter laxisç, ut dicitur,  
habenis insectabitur. Quædā iun-  
cta uolunt ex compluribus, ut lob  
xxvi. פְּרַשׁ, ubi æditio Latina ha-  
bet, Qui ligat aquas in nubibus  
suis, Hebræis authoribus consutū  
ex tribus שְׂעִירָה פְּרַשׁ existit. Pro-  
prietatem et usum compositorum  
breuiter aperui, sed quantum insti-  
tuto nostro iam sufficiat. In etymo-  
logicam nancç partem rectius per-  
tinere

tinere existimo, quām in hanc canoniam. Dauid Kimhi & Abraham à Balmesch parcius illa attigeret, alijs silentio prætereunt. Helias proprium librū illis anomalis & perplexis uocibus dicauit.

Verbi naturam hactenus aperui & quidē fusius, dum rationem habeo eorū, qui uel præceptoris uocalis non habent copiam, aut à magistro sunt perperā instituti. Alioquin artis deliniamenta perstringens rem paucis absoluueret. Nempe omne uerbū prima positione scribi tribus aut quatuor literis: ex tribus autē illis substantialibus elementis aut nullum moueri, aut prium, aut medium, aut ultimum. Vnde nascuntur octo normæ seu ordines inflectendi uerba: prima

INSTITVT. GRAMMAT.

ut פָּקַר : secunda, ut נְגַשׁ : tertia, ut אֲלֹהָה יְצִיעָה : quarta, ut בֵּין : quinta, ut יְרוּחָה גַּנְתָּה : sexta, ut סְבִבָּה : septima ut נְגַתָּה : octaua, ut בְּרִיסָה & גַּלְגָּל . Cuius-  
cunq; autem ordinis atq; declina-  
tus uerbum sit siue per se creatum,  
siue à nomine satum, in prima po-  
sitione actiue significat uel neutra-  
liter, à qua significatione torqueri  
potest per sex species seu formas,  
ut in summa septem existant cum  
primogenita: prima, ut פָּקַר uisita-  
uit: secunda, ut נְפָקַר uisitatus est:  
tertia, פָּקַר uehementer uisitauit:  
quarta, פָּקַר uehementer uisitatus  
est: quinta, חַפְקִיד fecit uisitare: se-  
xta, חַפְקִיד factus est uisitare: septi-  
ma, חַפְקִיד seipsum uisitauit. Iam  
in actiua uoce existūt sex modi elo-  
quendi actionem, in cæteris non  
totis

totidem. Præteritum, ut פָּסַר uisita  
uit; Præsens, ut פְּרִזֶּר uisitans; Me-  
dium, ut פְּלִשֵּׁר uisitatus; Imperati-  
uus, ut פְּקֹד uisita; Infinitiuus, ut  
אֲפָקֹד uisitare; Futurum, ut פְּקֹד  
uisitabo. In singulis modis duo  
sunt numeri, excepto infinituο:  
singularis, ut פְּסַר uisitauit; plura-  
lis, ut פְּקֹדוּ uisitarūt. In utroq; nu-  
mero tres distinctæ personæ sunt,  
in præterito & futuro; loquens, ut  
יְפָקֹד uisitauit; ad quam fit sermo,  
ut פְּקֹד uisitasti; de qua fit sermo,  
ut פְּסַר uisitauit. Imperatiuus unā  
